bedo-incarnata: stylis rubro punctatis, stipulis minimis fetaceis. *Cavanilles 636. Tab. 293.*

h. in taldario. Perennis.

coerulea L., foliis palmatis integerrimis, laciniis 5-7: petiolis glandulosis: stipulis linearibus integris aristatis, calycis foliolis aristatis. Corollis coeruleis. *Cavanilles 638. Tab. 295.*

h. in frigidario. Perennis.

A. *Stamina antheraeque libera.*

B. *Ovarium superum.*

1. *Corolla monopetala.*

2. *Eparapetaloides.*

3. *Calyx polyphyllus.*

Capsula solitaria quadrilocularis.

ERICA. *Tournef. Tab. 373. Linne gen. n.*

659. *Gaertner 1. p. 302. Tab. 63.*

Calyx tetraphyllus. Corolla campanulata vel cylindrica. Stam. octo. Stylus unus. Stigma quadrifidum. Capsula quadrivalvis; loculis polyspermis.

daboecia L., antheris muticis sagittatis, foliis subpetiolatis alternis ovato-lanceolatis ciliatis, margine revolutis subrus tomentosis. *Andromeda daboecia. Linn. Syst. veg. 2. p. 294.*

Racemus terminalis. Flores alterni secundi. Pedunculi uniflori, bractea solitaria linearis longitudine pedunculorum. Calyx rubellus viscidis pilis glandulosis. Corolla rubro-violacea cylindrica. Antherae apice biperforatae. Stylus longitudine corollae. Stigma integrum concavum.

h. in taldario. Frutex.

D

vulga-

vulgaris L., antheris conniventibus aristatis; corolla brevioribus, corollis campanulatis, calycibus brevioribus calyx basi squamis aucto, foliis oppositis sagittatis.

h. copiose in sylvis. Perennis.

bracteata, antheris conniventibus muticis exsertis, pedunculis bracteatis, bractea triphylla, corollis cylindricis calyce longioribus, foliis quaternis patentibus. *Erica carnea* Scopoli. *Fl. carn. 1. n. 461.* *Erica herbacea* Linn.

h. in frigidario. Frutex.

dianthera, antheris muticis exsertis non conniventibus, corollis campanulatis calyce longioribus, foliis quaternis patentibus, floribus congestis terminalibus.

Obs. Antherae 2 fuscae purpureae in singulo filamentum, ante effusionem pollinis connatae, dein distinctae, et apice biperforatae ut Solana. An *Erica multiflora* Linn.?

h. in frigidario. Frutex.

SYMPHIOSTEMON.

OVARIUM SUPERUM.

SEMEN SCLERANTHUM.

FROELICHIA.

Calyx diphyllus, foliolis membranaceis. Corolla monopetala, tubulosa, quinqueidentata persistens. Stamina in cylindrum connata. Antherae quinque. Ovarium ovatum. Stylus brevissimus. Stigma unum crassiusculum. Corolla cum cylindro antherifero indurato, compresso, ovato, margine membranaceo, semen unicum ovatum includens.

lanata, caule procumbenti geniculato, tomentoso, foliis ovato lanceolatis inferne tomentosis, superne nudis; flores interrupte spicati, spicis geminis ternisve; corollis extus lanatis, antheris rubris. *Celosia procumbens*. Jacq. *Misc.*
Vol.

Vol. 2. p. 344. Gompbrena interrupta. Medicus Fam. Malv. p. 94. Roth. Beytr. Fasc. 11. p. 95.

Figura corollae et seminis integumentum differt. a *Celosii* et *Gomphrenis*.

h. H. Annua.

In memoriam J. A. Froelich qui differentiam specificam *Sonchi alpini australis et canadensis* in *Annal. Bot. Fasc. 1.* ab anno 1792 edidit.

PERICARPIUM MONOSPERMUM.

FUMARIA. Tournef. Tab. 137. Gaertner. II. p. 160. Tab. 115. Linnaei species.

Calyx diphyllus. Corolla ringens calcarata. Stam. 2 in duo corpora connata. Antherae tres in singulo stamine. Stylus simplex. Pericarpium globosum.

officinalis L., foliis multifidis subrotunde lanceolatis, caule ramoso.

h. in cultis. Annua.

capreolata L., caule diffuso ramoso angulato, foliis compositis - subcirrhosis corollis albis limbo fusco purpureo. *Icon. Oederi. Tab. 340.*

h. H. Annua.

spicata L., caule erecto, foliis multifidis, laciniis lineari-filiformibus, corollis albis.

h. inter segetes in Wetteravia prope Niederweiffel. Annua.

CAPSULA DUPLICATA.

CYSTICAPNOS Boerhaave. Gaertner. II. p. 161. Tab. 115. Fumaria Linn.

Calyx, corolla, stam stylus praecedentis. Capsula exterior globosa, inflata, subcornacea: interior in axi posita utrinque attenuata bivalvis unilocularis. Semina rotundata reniformia.

cirrhosa; calycibus persistentibus, foliolis cordato-lanceolatis subsinuatis, caule subangulato, foliis compositis, foliolis tripartitis, petiolis cirrhosis, cirrhis apice plerumque latioribus. *Icon. Boerhaave. Hort. Lugd. Bat. 1. p. 310. Fumaria vesicaria Linn.*

h. H. Annua.

SILIQUA SPURIA.

CAPNOIDES. *Tournef. Tab. 237. Gaertner.*

II. p. 162. *Tab. 115. Fumaria Linn.*

Calyx, corolla; Stam. stylus priorum. Siliqua linearis, vel oblonga emarginata, polysperma. Semina rotundata. cava, radice bulbosa cava, caule simplici, bracteis integris.

h. ad Amoeneburg. Perennis.

Variat corollis purpureis et albis.

solida, radice bulbosa solida, caule simplici, bracteis digitatis, corollis purpureis.

h. frequens in hortis, et prope *Gieselberg an der Schneisse*. Perennis.

nobilis, caule erecto multifolio, bracteis summis integris, stigmatibus orbiculato crenato, corollis flavis. *Fumaria nobilis Linn.*

Siliqua oblonga, utrinque adtenuata, tetra-pentasperma. Bracteae infimae quinquepartitae, dein tripartitae, supremae integrae.

h. H. Perennis.

glauca, caule erecto, foliisque glaucis: foliis compositis, foliolis ovatis apice rotundatis incisis, siliquis linearibus. *Fumaria sempervirens Linn.*

h. H. Annua.

lutea. caule diffuso, foliis compositis, corollis luteis, siliquis rhombo-compressis, ad margines ancipitibus. *Fumaria lutea L.*

h. H. Perennis.

A. *Stamina antheraeque libera.*

B. *Ovarium superum.*

1. *Corolla polypetala.*

2. *Eparapetaloides.*

3. *Calyx monophyllus.*

SEMEN SCLERANTHUM.

TRAGUS *Halleri. Hist. II. p. 203. Allione Fl.*

Ped. II. p. 241. Lappago. Linn. gen. n. 131.

Flores glumosi omnes hermaphroditi. Calyx univalvis, aniflorus, rigidus. Corolla bivalvis. Stam. tria. Styli duo.

muricatus, valvis calycis muricatis setis ciliaribus, floribus spicatis, spiculis quadrifloris ovalibus, alternis, pedicellatis.

Cenchrus racemosus Linn. Icon. Schreber. Gram. Tab. IV. Morison III. Sect. 8. T. 2. f. 4.

h. H. Annua.

Singularis in hoc gramine calyx, qui in omnibus floribus adest, hinc minime caractere Cenchrus respondit.

LOLIUM. *Linn. gen. n. 126.*

Flores glumosi hermaphroditi. Calyx univalvis rachi oppositus multiflorus. Corolla bivalvis. Stam. tria. Styli duo.

perenne L., spica mutica, spiculis compressis. *Icon. Schreber. Gram. Tab. 37.*

h. vulgaris ad vias margines agrorum.

temulentum L., spica aristata, spiculis compressis.

Lolium verum Gesneri. Morison III. Sect. 8. T. 2.

h. inter segetes praesertim Tritico. Annua.

ROTTBOELLIA. *Linn. gen. n. 1573.*

Flores glumosi hermaphroditi et masculi in eadem planta. Calyx femineus, ovato-lanceolatus, planus simplex:

her-

hermaphrod. bipartitus biflorus: flosculo altero hermaphrodito: altero masculo. Flosculi alterni sessiles in rachide flexuosa. Stam. tria. Styli duo.

incurvata L., spica teres subulata incurvata, valvula calycina bipartita, lanceolata, culmo diffuso ramosissimo, glabro, geniculis nigris.

h. H. Annua.

CORRIGIOLA. Linn. gen. n. 517. Gaertner. I. p. 358. Tab. 75. Polygonifolia Dilen. n. G. p. 95. Tab. 3.

Calyx quinquepartitus persistens. Corolla pentapetala persistens. Stam. quinque. Styli duo. Semen solitarium calyce persistente tectum, triquetrum.

littoralis L., caule ramosissimo diffuso, floribus lateralibus terminalibusque conglomeratis albidis. Icon. Oederi Tab. 334.

h. frequens ad ripas Lahnae, prope dem Schützenpfuhl, et Wehrda, inque via regia versus Koelbe. Annua.

PERICARPIUM UNILOCLARE. I SILIQUAEFORME.

SILIUASTRUM. Tournef. tab. 414. Cercis Linnei. Gaertner. II. p. 303. Tab. 144.

Calyx campanulatus. Corolla papilionacea alis sursum flexis. Stam. decem. Stylus unus subdeclinatus. Pericarpium oblongum compressum polyspermum.

orbiculatum, foliis cordato-orbiculatis glabris. *Cercis siliquastrum* L.

h. H. Frutex.

cordatum, foliis cordatis acuminatis glabris. *Cercis canadensis* L.

h. H. Frutex.

S A M A R A.

PTELAEA. *Linn gen. n. 1505. Gaertner.*
1. p. 223. Tab. 49.

Flores sexu distincti in diversis stirpibus. Mas. Calyx 4-5-6partitus. Corolla: petala tot quot lacinae calycis, linearia, reflexa. Stam. 4-5-6 ad medium usque hirsuta. Styli duo. Stigma nullum. Foem. Calyx et corolla maris. Stam. exigua castrata. Styli duo. Stigmata divergentia. Samara bilocularis alis 2-5: loculo unico fructifero monospermo, altero abortivo.

trifoliata L., foliis ternatis, floribus corymbosis. Roth.
Bot. Abb. p. 11.

h. H. Frutex.

ORNUS. *Fraxinus Linn. Milleri Illustr. p.*
427. Tab. 99.

Calyx quadripartitus. Corolla: petala quatuor linearia. Stamina duo. Stylus unus. Stigma bifidum. Samara lanceolata monosperma.

rotundifolia. foliis pinnatis, pinnis rotundatis subundulatis serratis. Miller. 2. Du Roi. 1. p. 286.

h. H. Arbor.

ACER. *Tournef. Tab. 386. Linn. gen. n. 1590.*
Gaertner. 11. p. 166. Tab. 116.

Flores omnes hermaphroditi: aut cum masculis in eodem, aut in diverso trunco. Calyx quinquefidus. Corolla pentapetala. Stam. 8. Styli duo. Samarae duae connatae extrorsum membranaceae ovatae.

cordifolium, foliis cordatis subquinquelobis, serratis; lobis obsolete: floribus racemosis erectis, racemis compositis. Acer tataricum. Linn. Pallas Fl. Ross. p. 20.

h. H. Arbor.

striatum

striatum, cortice striato, foliis subcordato trilobis inaequaliter acute serratis, floribus racemosis, racemis simplicibus pendulis. *Du Roi* 1. p. 8. *Icon. tab. 1.*

h. H. Arbor.

rubrum, foliis cordatis quinquelobis dentato-serratis, subtus glaucis, lobis ovato lanceolatis: umbellis sessilibus paucifloris: pedunculis longissimis, floribus omnibus hermaphroditis: ovario glabro: samarae alis patentibus, *Ehrhart. Beyr. 4. p. 23.*

h. H. Frutex.

dasycarpum, foliis palmato-quinquelobis, dentato-serratis, subtus glaucis lobis lanceolatis incisissimis acutissimis: umbellis sessilibus paucifloris: pedunculis brevioribus: floribus omnibus hermaphroditis: ovario piloso: samarae alis cretiusculis *Ehrhart. Beyr. 4. p. 24.*

h. H. Arbor.

platanoides L., foliis quinquelobis, acuminate, acute dentatis glabris, floribus corymbosis, masculis hermaphroditisque:

h. prope *Caldern am Rbinberg*. Arbor.

parviflorum, foliis subquinquelobis inaequaliter serratis, subtus pubescentibus: floribus omnibus hermaphroditis: racemis erectis compositis, pedicellis ramosis: foliolis calycinis subulatis hirsutis, petalis linearibus. *Ehrhart. Beyr. 4. p. 25. Acer pensylvanicum* L. *Du Roi* 1. p. 42. *icon. tab. 2.*

h. H. Frutex.

campestre L., foliis cordatis quinquelobis, lobis incisissimis integerrimis obtusis: floribus masculis hermaphroditisque corymbosis: samarae alis patentibus.

h. frequens in sylvis ac dumetis. *am Tammelsberg, prope Grieselberg an der Schneisse*. Frutex.

trilobum, foliis trilobis integerrimis obtusis: floribus masculis, hermaphroditisque racemosis pendulis, racemis sim-

simplicibus. *Acer monspessulanum* Linn. *Pollich. Hist.* 11. p. 663. varietas aceris campestris.

h. H. abunde in collibus prope Rheinfels, et inter Bacharach et Bingen. Arbor.

CAPSULA UNILOCLARIS EVALVIS.

ROSSOLIS. *Tournef. Tab.* 127. *Drosera* Linn. *gen. n.* 531. *Gaertner. I. p.* 291. *Tab.* 61.

Calyx quinquepartitus. Corolla pentapetala. Stam. quinque. Styli quinque. Capsula semivalvata, semina parietalia.

rotundifolia, foliis orbiculatis, pilosis, glanduliferis, scapo simplici, floribus secundis. *Drosera rotundifolia* Linn. *Morison. III. Sect.* 15. *T.* 4. *f.* 2.

h. frequens in locis paludosis. Perennis.

RESEDA. *Linn. gen. n.* 831. *Gaertner. I. p.* 368. *Tab.* 76. *Reseda et Luteola* *Tournef. Tab.* 238.

Calyx 4-6partitus. Petala 3-6, apice fissa supremo ad basin glandula praedito. Stam. 10-30. Stigmata 3-5. Capsula apice retusa pervia evalvis, subglobosa angulata, vel oblonga prismatica, 3-5rostrata polysperma. Semina parietalia.

a. CAPSULIS SUBGLOBOSIS ACUTE ROSTRATIS.

luteola L., foliis lanceolatis integerrimis, calycibus quadrifidis.

h. ad vias *am Schloßberg*, in Coemeterio Bauerbachii, prope Cosfelden ad ripas Lahnae, ad viam regiam inter Koelhe et Schoenstaett. Annua.

glauca L., foliis linearibus, subcarnosis, basi dentatis, dentibus albidis.

Sefa-

Sesamoides linariae folio glauco pyrenaica flore stamineo. *Morison. iii. Sect. 15. t. 1. f. 4.*

h. H. Perennis.

b. CAPSULIS OBLONGIS OBTUSE ROSTRATIS.

ochracea, antheris ochraceis, foliis undatis pinnatis, pinnis decurrentibus, floribus decandris tetragynis. *Reseda undata Linn.*

h. H. indigena in Hassia inferiori prope Armuthsachsen ad vias. Perennis.

Obs. Stamina constanter decem. Stigmata quatuor. Calyx quinquepartitus. Petala alba quinque.

lutea L., foliis pinnatis undatis, calice sexpartito, petalis sex luteis.

h. H. Perennis.

phyteuma L., foliis integris trilobisque calycibus sexpartitis maximis.

Foliis radicalibus integris: caulinis integris et semitrilobis: calycibus sexfidis florem superantibus. *Haller. Hist. n. 1057.*

h. H. Biennis.

Obs. Caulis diffusus. Folia undulata. Calycis lacinae 5 - 6. Petala quatuor infimum nullum. Stam. sedecim. Styli tres. Capsulae huius generis maximae.

odorata L., caule diffuso, foliis integris, tri-quinque-lobis, calycibus petalis aequantibus, floribus odoratis.

h. H. Annua.

CARYOPHELLUS. *Tournef. Tab. 174. Dianthus Linnaei gen. n. 70. Gaertner. II. p. 227. Tab. 129.*

Calyx tubulosus, quinque-dentatus, involucreto: involucri quatuor aut pluribus oppositis. Petala quinque unguiculata, limbo saepe dentato. Stamina decem. Styli duo. Capsula polysperma apice quadrifariam dehiscens.

a. FLORES

a. FLORES CONFERTI.

barbatus, involucris ovato-subulatis tubum aequantibus, foliis lanceolatis, petalis dentatis. *Dianthus barbatus* L. Caryophyllus barbatus sylvestris. C. Baub. Morison. 11. Sect. 5. 17. 25. f. 20.

h. H. Perennis.

carthusianorum, involucris quatuor-septem, aristatis, tubo brevioribus, foliis trinerviis, petalis dentatis. *Dianthus carthusianorum* L.

h. H. Perennis.

armerius, involucris villosis mucronatis tubum aequantibus. *Dianthus armeria* L. Icon. Oederi. tab. 230.

h. ad margines sylvarum. an der Kirchspitz, inque monte Lahnae. Annua.

aridus, floribus capitatis, involucris aridis membranaceis, ovatis obtusis. *Dianthus prolifer*. L. Icon. Oederi. tab. 221.

h. am Schloßberg. copiose prope Kaldern an den Schieferbrüchen: am Frauenberg. Annua.

b. FLORES SOLITARIII, PLURES IN EODEM CAULE.

deltoides, caule decumbenti, involucris binis lanceolatis tubo brevioribus, petalis crenatis. *Dianthus deltoides* L.

h. copiose ad vias, inque locis siccis. Perennis.

glaucus, involucris quatuor ovatis tubo brevioribus, caule decumbenti. *Dianthus glaucus* L.

h. H. frequens prope Asbach in rupe der Hachenstein. Perennis.

plumarius, floribus solitariis, involucris subovatis tubo brevioribus, petalis multifidis, fauce pubescentibus. *Dianthus plumarius* L. h. H. Perennis.

superbus, caule erecto, floribus paniculatis, involucris tubo brevioribus ovatis acuminatis, petalis multifido-capillaribus, fauce pilosis. *Dianthus superbus* L. Jacq. Obs. 2. p. 40. Icon. tab. 25.

h. H. et monte Meisner Hassiae inferioris. Biennis.

IM.

IMPERATIA.

Calyx campanulatus, angulatus, quinquepartitus. Involucra quatuor. Petala quinque, unguiculata limbo ovato-emarginato. Stamina decem. Styli duo. Stigmata simplicia. Ovarium oblongum. Capsula subrotunda, apice quadratam dehiscens, polysperma.

filiformis, caule ramosissimo diffuso, foliis filiformibus, involucri calyce a pressis, petalis albis emarginatis, striis tribus purpureis. *Gypsophila saxifraga* L.

A *Gypsophila* differt calyce involuocrato, eiusdemque forma campanulata a *Caryophyllis*.

h. *im* Koelber Wald. Perennis.

In memoriam *Ferranti Imperati* auctoris *Historiae naturalis*.

GYPSOPHILA. *Linn. gen. n. 768.*

Calyx campanulatus, quinquepartitus. Petala quinque unguiculata. Stamina decem. Styli duo. Stigmata simplicia. Capsula globosa apice 4 - 5 fariam dehiscens polysperma.

prostrata L., caulibus diffusis, foliis lanceolatis laevibus, glaberrimis, panicula trichotoma ramosissima.

Caulis ramosissimus. Genicula clabra viridia. Folia connato-tessilia. Petala alba calyce duplo longiora subemarginata. Stamina longitudine petalorum. Styli duo divergentes.

h. H. Annua.

parviflora, petalis minutis reflexis, caule ramosissimo erecto paniculato, foliis lanceolatis laevibus. *Gypsophila paniculata* L.

In me s plantis ex seminibus hic enatis certe flores omnes sunt hermaphroditos.

h. H. Perennis.

perfoliata L., caule ramoso subviscido, foliis lanceolatis semiamplexicaulibus carnosissimis, pedunculis trifidis, petalis emarginatis.

h. H. Annua.

muralis L., caule dichotomo ramosissimo, foliis linearilanceolatis, petalis purpurascens emarginatis, pedunculis unifloris.

h. in agris et inter stipulas frequens. Annua.

H A G E N I A.

Calyx cylindricus, membranaceus, quinquangularis, angulis carinatis: quinquedentatus, dentibus aequalibus. Petala quinque unguiculata, unguibus latis planis, longitudine calycis: laciniis basi angustatis emarginatis, nudis. Stamina decem limbo breviora. Styli duo. Stigmata simplicia. Capsula subglobosa apice quinquefariam dehiscens polysperma.

filiformis, pedunculis solitariis filiformibus, axillaribus, floriferis patentibus, fructiferis cernuis, caule herbaceo erecto pubescenti-piloso, ramis divaricatis, foliis lanceolatis.

Saponaria porrigens L.

A saponaria differt figura calycis, et petalorum, et defectu corona petalorum.

h. H. Annua.

In memoriam Cel. *Hagenii* Profess. Regiomontani.

CAPSULA UNILOCULARIS BIVALVIS.

BUFFONIA. *Linnaei gen. n. 225. Gaertner.*

II. p. 220. Tab. 129.

Calyx quadrifidus, laciniis duobus maioribus. Petala quatuor. Stamina duo-quatuor. Styli duo. Capsula ovata bisperma.

renuifolia L., foliis fetaceis connatis, caule ramo-
petalis albis calyce brevioribus, floribus pedunculatis latera-
libus terminalibusque. *Gerard Fl. Gallo-prov. p. 400.*
h. H. Perennis.

CAPSULA UNILOCULARIS TRIVALVIS.

FRANKENIA. *Linnaei gen. n. 640.*

Calyx cylindricus quinquedentatus. Petala quinque un-
guiculata, unguibus carinatis. Stamina quinque vel sex in-
aequalia. Stylus unus. Stigmata tria. Ovarium oblon-
gum glabrum. Capsula ovalis polysperma.

laevis L., foliis linearibus, canaliculatis confertis, con-
nato-fessilibus, floribus solitariis axillaribus pentandris, pe-
talis carneis.

h. in frigidario. Perennis.

CAPSULAE CONNATAE UNILOCULARES.

CRASSULA. *Linnaei gen. n. 533.*

Calyx quinquepartitus. Petala quinque lanceolata basi
minime cohaerentia. Stamina quinque. Ovaria quinque
vel sex, eorundem basi squamulis emarginatis cincta. Capsulae
introrsum dehiscentes polyspermae.

glomerata L., caule erecto superne ramosissimo, ramis
dichotomis aequalibus, foliis carnosis lanceolatis, floribus fas-
ciculatis, laciniis calycis breviter acuminatis.

h. H. Annua.

rubens L., caule erecto superne ramoso, foliis tereti-
bus carnosis, ramis patentibus, subrus foliosis, supra florife-
ris, floribus alternis sessilibus, petalis acuminatis albis, ca-
rina rubella. *Allione Fl. Pedemontana. n. 1756.*

h. H. Annua.

RHODIOLA. *Linnaei gen. n. 1532.*

Flores masculi et feminei in distincta; aut flores hermaphroditi et feminei in eadem planta. Calyx quadripartitus. Corolla tetrapetala. Glandulae quatuor erectae emarginatae calyce breviores. Stamina plerumque octo raro decem. Styli tres - quinque. Capsulae introorsum dehiscentes polyspermae.

rosea L., foliis ovatis serratis planis, floribus umbellatis. *Icon. Oederi T. 183. Dabl diar. Bot. Fasc. 4. p. 37.*

h. H. Perennis.

CAPSULA DUPLICATA SOLITARIA.

VACCARIA. *Dodonaei. Medicus Phil. Bot. Fasc.*

I. p. 96. Saponaria Linn. Gaertner. II.

p. 233. Tab. 130.

Calyx quinquangularis pyramidatus. Petala quinque. Stamina decem. Styli duo. Capsula ovato-conica duplicata: exterior cartilaginea: interior membranacea tenuissima: inferne tri-quadrilocularis, superne unilocularis, polysperma.

parviflora, petalis vix calyce longioribus, foliis connatis sessilibus laevibus lanceolatis, pedunculis terminalibus foliis longioribus. *Saponaria vaccaria* L.

h. inter tegetes prope Weimar et Fronhausen. Annua.

CAPSULA BILOCULARIS SOLITARIA.

GEUM. *Tournef. Tab. 129. Saxifraga Linn.*

Calyx profunde quinquepartitus persistens, laciniis lanceolatis acutis, post floris expansionem plerumque reflexis. Corolla pentapetala, petalis lanceolatis acutis. Stamina decem. Styli duo introorsum distantes. Capsula ovata, loculis polysperinis.

umbrosum, foliis radicalibus oblongo-cuneatis, obtusis, subcarnosis, cartilagineo-crenatis, glaberrimis, in petiolum

tiolum desinentibus, scapo ramoso rubro piloso glutinoso, petalis albis rubro-punctatis. *Saxifraga umbrosa* Linnaei. *Rhezii Obs.* 1. p. 17. *Saxifraga cuneifolia*. Scopoli *Fl. Carn.* 1. p. 291. *Icon.* T. 13.

h. H. Perennis.

Obs. Calyces reflexi.

erectum, foliis radicalibus erectis, longe petiolatis, cordato-subrotundis crenatis, pilosis, margine revolutis, scapo erecto ramoso rubello.

Saxifraga Geum Linn. Scopoli *Fl. Carn.* 1. p. 292.

Obs. Folia non in petiolum desinentia. Calyces reflexi.

h. H. Perennis

rotundifolium, foliis reniformibus, petiolatis acute-dentatis, caule piloso folioso paniculato, petalis albis rubro punctatis. *Saxifraga rotundifolia* L.

h. H. Perennis.

CAPSULA BILOCULARIS GEMINATA.

STAPHYLODENDRUM. *Tournef. Tab.* 386. *Staphylea* Linnaei *gen.* n. 507. *Gaertner.* 1. p. 3. *Tab.* 69.

Calyx quinquefidus coloratus, laciniis oblongis obtusis. Petala quinque erecta oblonga apice latiora. Ovarium glandula cyathiformi immersum. Stamina quinque aequalia. Styli duo tresve. Stigmata simplicia. Capsulae inflatae, longitudinaliter futura coalitae introsum dehiscentes. Semina ossea gemina in singulo loculamento.

pinnatum, foliis pinnatis, pinnis lanceolatis laevibus acutissime serratis, floribus racemosis, pedunculis simplicibus bi-trifidisve, geniculatis, stylis duobus. *Staphylea pinnata* Linn.

h. H. Frutex.

trifolia

trifoliatum, foliis ternatis ovatis, acutissime ferratis, floribus racemosis trigynis, cortice fusco albo punctato. *Staphylea trifolia* Linn.

h. H. Arbor.

CAPSULA TRILOCULARIS PERICARPIFERA.

HIPPOCASTANUM. *Halleri. Gaertner. II. p.*

135. Tab. III. Aesculus Linn. Milleri Il. lustr. Tab. 23.

Calyx tubulosus quinquefidus. Petala quinque margine plicato undulato, inaequalia, calyci inserta. Stamina septem vel octo declinata. Stylus unus simplex. Ovarium ovatum. Capsula coriacea trivalvis. Pericarpia 1 - 2 coriacea.

vulgare, foliis digitatis, floribus masculis hermaphroditisque spicatis, capsulis echinatis. *Aesculus hippocastanum* Linn.

h. in ambulacris. Arbor.

PAVIA. *Boerh. Lugd. Bat. II. p. 260. Aesculus. Linn.*

Calyx campanulatus quinquedentatus. Corolla tetrapetala, petalis conniventibus inaequalibus: lateralibus brevioribus spatulatis; superioribus longioribus apice latioribus. Stamina septem vel octo. Ovarium glabrum. Stylus unus. Capsula inermis bi-trilocularis monosperma. Pericarpium coriaceum. Flores hermaphroditi stylo castrato, et hermaphroditi fructiferi in eodem trunco.

rubra, calycibus foliisque laevibus, foliis digitatis, petalis rubris, staminibus rubellis petalis longioribus. *Aesculus Pavia* Linn.

h. H. Arbor.

flava, calycibus subinflatis subpilosis, foliis digitatis, petalis flavis viscosis, floribus spicatis, spica multiflora. *Icon. Wangenheim in den Berliner Abb. Naturforschender Freunde. 1788.*

h. H. Arbor.

CAPSULA TRIOCULARIS SEMINIFERA.

CLETHRA. *Linnaei. Gaertner. I. p. 301. T. 63.*

Calyx quinquepartitus persistens, Corolla pentapetala: petalis linearibus concavis, apice cucullatis, patentibus aequalibus. Stamina decem aequalia, subulata, petalis longiora. Antherae apice bifidae, defloratae biperforatae: ovarium subrotundum. Stylus unus, apice trifidus. Stigmata simplicia. Capsula subglobosa trivalvis, polysperma.

alnifolia L., foliis ovato-oblongis serratis, utrinque nudis, petiolatis alternis, floribus spicatis albis, pedunculis unifloris, bractea unica pedunculis longiore.

h. H. Frutex.

var. minor eadem planta humo sicca culta.

CAPSULA QUADRI-QUINQUELOCULARIS,

RUTA. *Tournef. Tab. 133. Linn. gen. n. 725. Gaertner. II. p. 138. Tab. III.*

Calyx quinquepartitus. Petala quatuor-quinque concava. Stamina octo decem. Stylus unus. Capsula 4-5 subsemilobata inter lobos dehiscens, loculis quatuor-sexspermis.

graveolens L., foliis decompositis floribus lateralibus quadrifidis.

h. H. Perennis.

TILIA. *Tournef. Tab. 381. Linn. gen. n. 894. Gaertner II. p. 150. Tab. 113.*

Calyx quinquepartitus. Corolla pentapetala. Stamina numerosa. Stylus unus. Stigma pentagono-obtusum. Capsula coriacea globosa quatuor-quinquelocularis monosperma, basi dehiscens.

grandifolia, foliis cordatis acuminatis ferratis, subhirsutis, capsula quadriloculari subpilosa. *Milleri dict. n. 2.*

h. in ambulacris. circa pagos. Arbor.

parvifolia, foliis cordatis acuminatis inaequaliter ferratis, capsula quinqueloculari tomentosa. *Miller n. 1.*

h. in sylvis, dumetisque. passim *am Labenberg. am Rbinberg. prope Caldern.* Arbor.

tomentosa, foliis cordatis acute ferratis; subtus tomentosis albidis.

h. H. Arbor.

CAPSULA QUINQUELOCULARIS.

LEDUM. *Linnaei gen. n. 744. Gaertner. II. p. 145. Tab. 112.*

Calyx minimus quinquepartitus, laciniis obtusis. Petala quinque concava patentia. Stamina decem. Antherae defloratae biperforatae. Stylus unus. Stigma obtusum. Capsula obovata quinquevalvis polysperma.

palustre L., foliis linearibus margine revolutis, subtus rubiginosis, floribus corymbosis, petalis albis, staminibus albis corolla longioribus.

h. H. Frutex.

RHODORA. *du Hamel. Linn. gen. n. 745.*

Calyx minimus quinquepartitus, lobis rotundatis, superioribus duobus maioribus vix lineam unam longis. Pe-

tala tria inaequalia lineas sex longa: supremo latissimo erecto reflexo subtrilobo: duobus inferioribus deflexis linearibus. Stamina decem inaequalia: quinque superiora erecta, breviora, sub petalo superiori: inferiora quinque declinata longitudine petalorum imorum, basin versus latiora pilosa, supra glabra. Antherae subrotundae fuscae biperforatae nec didymae. Ovarium pilosum oblongum, obtuse pentagonum. Stylus unus teres lineas septem longus laevis: Stigma capitatum integrum. Capsula iminatura quinquevalvis. Semina plurima minuta.

congesta, floribus congestis terminalibus, pedunculis erectis unifloris. *Rhodora canadensis* Linn.

h. in frigidario. Frutex.

CAPSULA DUPLICATA QUINQUELOCULARIS

FRAXINELLA. *Tournef. T. 243, Gaertner. I. p. 337. Tab. 69. Dictamnus. Linn.*

Calyx quinquepartitus. Corolla pentapetala, petalis inaequalibus. Stamina decem declinata glandulis apicem versus adspersa. Stylus unus declinatus. Ovarium subtripitatum. Capsula exterior scabra herbacea, interior cartilaginea elastice dissiliens: loculis monospermis: seminibus globosis nitidis.

dictamnus, foliis pinnatis, pinnis ovatis, crenulatis, petiolis alatis, petalis extus cum pedunculis glandulosis. *Dictamnus fraxinella* Linn. *Icon. Blakwell. Tab. 75.*

h. H. Perennis.

LEGUMEN.

GLEDITSCHIA. *Linn. gen. n. 1596. Gaertner 2. p. 311. Tab. 146.*

Flores hermaphroditi, et sexu distincti in separatis stipibus. Calyx tri-quinquesidus. Corolla tripetala. Stamina sex. Stylus bifidus. Legumen latum, foliaceo-compressum monospermum.

triacanthos L., foliis pinnatis, floribus axillaribus racemosis, racemis erectis, floribus sessilibus, caule simplicissime spinoso, dentibus duobus oppositis. *Medicus in obs. Soc. oecom. Lutr. 1774. 1777.*

h. H. Arbor.

inermis, foliis pinnatis caule inermi.

h. H. Arbor.

SOPHORA. *Linn. gen. n. 694. Gaertner. II.*

p. 320. T. 149.

Calyx campanulatus, quadridentatus. Corolla papilionacea: alis conniventibus; carina dipetala. Stamina decem. Stylus unus. Legumen aequale turgidum polyspermum.

caerulea, foliis ternatis cuneatis, breviter petiolatis, stipulis lanceolatis, petiolo longioribus, floribus racemosis, racemis axillaribus erectis.

Radix fibrosa perennis.

Caulis erectus herbaceus teres laevis ramosus bi-tripedalis.

Folia integerrima acuta utrinque glabra.

Stipulae duae sessiles oppositae.

Bracteae solitariae oblongae caducae, pedunculo longiores.

Calyx aequalis, dente superiore latiore emarginato.

Corolla constanter caerulea, concolor.

Vexillum erectum patens emarginatum, alis carinaque longior. Stamina stylusque subdeclinata.

Legumen pedicellatum, immaturum torulosum, maturum turgidum aequale. Sem. sex vel octo.

h. H. Perennis.

Quam plantam in Comment. Goett. ab anno 1778 a Cl. Murray sub nomine Sophorae albae Linn. descriptione et icone illustravit, singularem mihi videtur esse speciem. Sophorae albae Linn. tribuit stipulas vix ullas, et racemum pen-

pendulum. Quibus autem notis haec ab Sophora alba plane differt.

T H E C A.

EVONYMOIDES. *Isnard. act. Paris. 1716. Ed. Germ. p. 652. Tab. 30. Celastrus. Linnæi gen. p. 372. Gaertner. II. p. 85. Tab. 95.*

Calyx quinquefidus. Corolla pentapetala, marginibus reflexis. Stamina quinque. Stylus unus brevissimus. Stigma trifidum. Ovarium glandula decentriata immersum. Theca antrosa tri - quadrilocularis, quadrivalvis. Loculis monospermis.

buxifolia, foliis obovatis obtusis ferratis laevibus, ramis angulatis subaculeatis, aculeis rectis, floribus axillaribus paniculatis, petalis albis, antheris minimis. *Celastrus buxifolius L.*

h. in frigidario. Frutex.

scandens, caule scandenti, foliis alternis petiolatis ovatis ferratis, utrinque laevibus, floribus monoicis racemosis, racemis compositis, terminalibus hermaphroditis, antheris staminibus longioribus. *Celastrus scandens Linn. Icon. Isnard. l. c.*

h. H. Frutex.

EVONYMUS. *Tournef. Tab. 388. Linnæi gen. n. 373. Gaertner. II. p. 149. Tab. 113. Hellenius Dissert. de Evonymo. Abo. 1786.*

Calyx quatuor - quinquepartitus, laciniis planis obtusis. Petala quatuor - quinque plana obtusa patentia. Stamina quatuor - quinque brevissima. Stylus nullus. Stigma capitatum. Theca antrosa quatuor - quinquelocularis quadrivalvis, tetragona, pentagonave.

vulgaris

vulgaris, foliis lanceolatis ferrulatis oppositis petiolatis, floribus tetrandris, thecis apteris. *Evonymus Europaeus Hellenii*.

h. *vulgaris* ad sepes. Frutex.

latifolius, foliis oppositis petiolatis ovato-lanceolatis inaequaliter ferratis, cyma opposita, pedunculo communi elongato, pedicellis bi-trifidis, floribus pentandris, thecis alatis. *Scopoli Fl. Carn. ii. n. 266.*

h. H. Frutex.

verrucosus, cortice verrucoso, foliis ovatis petiolatis oppositis, pedunculis lateralibus oppositis solitariisve bifidis, floribus tetrandris rubris, thecis apteris. *Scopoli Fl. Carn. ii. p. 166.*

h. H. Fruticulus.

alternifolius, foliis alternis, petiolatis, elliptico-lanceolatis ferrulatis, floribus pentandris, pentapetalis, theca pentagona aptera. *Evonymus americanus Linn.*

h. H. Frutex.

PYROLA. *Tournef. Tab. 134. Linnaei gen.*

n. 752. Gaertner. i. p. 309. Tab. 63.

Calyx quinquepartitus. Petala quinque. Stamina decem. Stylus unus. Stigma crassiusculum. Theca carnosa globosa utrinque umbilicata, rotundato-pentagona.

declinata, staminibus ascendentibus, pistillo declinato, floribus racemosis, racemis elongatis. *Pyrola rotundifolia Linn. Icon. Oederi T. 110.*

h. in sylvis. *Am Labenberg. Perennis.*

minor L., staminibus et pistillo rectis, floribus dense racemosis. *Icon. Oederi T. 55.*

h. cum priori. Perennis.

secunda L., racemo unilaterali, foliis ovatis crenulatis. *Icon. Oederi. T. 402.*

h. cum priori frequens ad viam versus Schröck. Perennis.

uniflora

uniflora L., scapo unifloro, stigmate coronato quinquepartito. *Icon. Oederi. T. 8.*

h. in sylva abietina supra Bottendorf inter ericam vulgarem. Perennis.

DRUPA CARNOSA.

AQUIFOLIUM. *Tournef. Tab. 371. Gaertner.*

II. p. 72. *Tab. 92. Ilex. Linn. gen. n. 232.*

Calyx quadridentatus minimus. Petala quatuor patentia concava. Stamina quatuor, petalis alternantia. Ovarium ovatum. Stigma unicum sessile tubradiatum. Drupa tetrasperma ovato-globosa coccinea.

Spinosum, foliis sempervirentibus coriaceis sinuatis dentato-spinosis acutis floribus umbellatis, umbellis terniis axillaribus, pedunculis basi stipularis, stipulis duobus oppositis. *Ilex aquifolium* L. *Icon. Blakwell. T. 205.*

h. H. Arbor.

DRUPA CORTICOSA.

RHUS. *Tournef. Tab. 381. Gaertner. I. p.*

205. *Tab. 44.*

Calyx quinquepartitus. Corolla pentapetala. Stamina quinque. Styli tres. Drupa villosa monosperma, nucleo globoso.

typhinum L., foliis pinnatis, pinnis lanceolatis, argute ferratis, supra glabris, subtus tomentosis, petiolo minime alato. *Ehrhart, Beiträge 6. p. 89.*

h. H. Frutex.

glabrum L., foliis pinnatis, pinnis lanceolatis ferratis, utrinque nudis.

h. H. Frutex.

bypselodendrum, caule arboreo, foliis pinnatis subserratis lanceolatis utrinque nudis, panicula composita. *Rhus canadense Milleri. Du Roi. n. p. 297.*

h. H. Arbor.

TOXICODENDRUM. *Tournef. Tab. 381.*

Calyx quinquepartitus. Floribus dioicis. Corolla pentapetala. Styli nulli. Stigmata tria. Drupa striata nucleo compresso sulcato.

vulgare, foliis ternatis, foliolis petiolatis obcordatis glabris integerrimis, caule radicante. *Milleri. Rhus radicans Linn.*

h. H. Frutex.

pubescens, foliis ternatis foliolis ovatis angulatis pubescentibus. *Milleri. Rhus toxicodendrum Linn.*

h. H. Frutex.

COTINUS. *Tournef. Tab. 380. Scopoli Fl. Carn. i. n. 368.*

Flores omnes hermaphroditi. Calyx, corolla, stamen, stylus priorum. Drupa semicordata venosa, nucleo triangulari.

Coccygia, foliis simplicibus ovatis venosis integerrimis, bracteis paniculae filiformibus pilosis. *Rhus cotinus Linn. Icon. Pallas. Iser. T. iii. Tab. H.*

h. H. Frutex.

PALIURUS. *Tournef. Tab. 387. Gaertner. i. p. 203. Medicus. Philos. Bot. i. p. 157.*

Calyx monophyllus coloratus, planus, quinquepartitus, laciniis ovatis acutis. Corolla pentapetala: petalis fornicatis, calyce intertis, cum laciniis calycis alternantibus. Stamina quinque defloratae reflexae. Styli tres. Stigmata simplicia. Drupa orbiculo lato-membranaceo coronata, bi-trilocularis.

winer.

trinervatus, foliis trinerviis, alternis, ovatis, crenatis, glabris: aculeis geminatis petiolo oppositis, inferiori reflexo breviori: floribus axillaribus flavis corymbosis, foliis brevioribus. *Rhamnus paliurus* Linn.

h. H. Frutex.

CHAMAELEA. *Tournef. Tab. 421. Gaertner.*

1. p. 342. Tab. 70. Medicus Philos. Bot. 1.

p. 60.

Calyx tridentatus. Petala tria. Stamina tria. Stylus unus. Stigmata tria. Drupae corticosae tres congregatae, nucleo biloculari.

tricoccus, foliis linearibus integerrimis, obtusis acuminatis, floribus axillaribus solitariis, petalis luteis. *Cneorum tricoccon* Linn.

h. in frigidario. Frutex.

ANTRUM CORTICOSUM.

WINTERLIA.

Calyx minimus planus quadridentatus. Corolla tetrapetala: petalis patentibus, linearibus, integris, obtusis. Stamina quatuor aequalia, petalis alternantia reflexa, breviora. Stylus nullus. Stigma crassum subbiduum. Ovarium oblongum glabrum. Antrum immaturum quadriloculare, tetraspermum.

triflora, pedunculis axillaribus, folio brevioribus trifidis, trifloris, foliis petiolatis alternis lanceolatis, glaberrimis, antice subserratis, acutis, sempervirentibus, petiolis pubescentibus, caule fruticoso. *Prinos glaber* Linn.

h. in frigidario. Frutex.

In Memoriam Cl. *Winterl* Profess. Pest. auctoris descript. Horti Bot. Pestini.

HEDERA. *Tournef. Tab. 384. Linn. gen. n. 395. Gaertner. I. p. 430. Tab. 26.*

Calyx minimus quinquepartitus persistens. Corolla pentapetala caduca reflexa. Stamina quinque. Stylus unus. Drupa globosa mono-trisperma.

Helix L., caule radicante, foliis sterilibus trilobatis, fructiferis rhombico ovato-lanceolatis, floribus umbellatis, petalis flavis.

h. frequens super saxa inque muris, fructifer in muris arcis Kleyberg prope Crofdorf. Frutex.

Obs. Antrum nunquam pentaspermum.

BACCA.

VITIS. *Tournef. Tab. 384. Gaertner. II. p. 108. Tab. 106. Linnæi.*

Calyx quinquepartitus minimus. Corolla pentapetala: petalis saepius apice cohaerentibus. Stamina quinque. Stylus nullus. Stigma capitatum. Bacca immatura tetra-pentasperma: matura mono-bi-trisperma.

vinifera L., foliis semitrilobatis, hirsutis dentatis. *Halleri.*

h. H.

labrusca L., foliis cordatis subtrilobis dentatis, subtus albido-tomentosis.

h. H.

vulpina L., foliis cordatis subtrilobis dentato serratis, utrinque nudis.

h. H.

laciniosa L., foliis quinatis foliolis multifidis.

h. H.

quinque-

quinquefolia, foliis quinatis simplicibus, ferratis acuminatis; utrinque nudis subtus albidis. *Hedera quinquefolia* Linn.

h. H. Frutex.

arborea L., foliis bipinnatis, pinnis ovatis, incisis, acutis, utrinque nudis, lucidis; cirrhis oppositifoliis pedunculiferis.

Obs. Caulis, petioli, pedunculi, cirrhique rubri. Flores corymbosi. Petala patentia apice non cohaerentia. Stamina rubra petalis breviora.

h. H. Frutex.

P A R A P E T A L O I D E A E.

CAPSULA SOLITARIA UNILOCULARIS.

SAPONARIA.

Linnaei species.

Calyx tubulosus quinquedentatus. Corolla pentapetala, unguiculata. Parapetala duo linearia laminis adnata. Stamina decem. Styli duo vel quinque. Capsula oblonga evalvis apice quinquefarium dehiscens, polysperma.

officinalis, foliis ovato-lanceolatis trinerviis laevibus, floribus hermaphroditis digynis, calycibus cylindricis. *Icon. Blakwell T. 113.*

h. copiose prope urbem ad vias. *am Tammelsberg.* Perennis.

dioica, floribus dioicis pentagynis, calycibus angulatis subinflatis, foliis ovato-lanceolatis villotis. *Willdenow. Prodr. p. 153. Lychnis dioica Linn.*

h. ad vias inque ruderatis. Perennis.

Var. corollis rubris et albis.

PARNASSIA. *Tournef. Tab. 127. Linnaei gen.*
n. 523. Gaertner. 1. p. 287. Tab. 60.

Calyx quinquepartitus. Corolla pentapetala. Stamina quinque. Styli quatuor. Parapetala quinque petalis minora cordata vel tripartita margine ciliata, ciliis glanduliferis. Capsula ovato-globosa, quadrivalvis polysperma.

palustris L., foliis cordato-ovatis radicalibus petiolatis, caulinis unico subsessili: caule erecto. *Icon. Oederi. Tab. 584.*

h. in pratis humidis frequens. Annua.

O V A R I U M I N F E R U M.

U M B E L L A T A E.

Calyx quinquedentatus. Corolla pentapetala.
 Stamina quinque. Styli duo.

I. Semina tegumentis arte adnatis vestita.

a. Semina orbiculata, plana, compressa, margine incrassato.

1. Seminibus conformibus.

TORDYLIUM, *Tournef. Tab. 170. Gaertner.*

1. p. 85. Tab. 21. Cranz Fasc. 111. Tab.

1. N. 1.

Umbella composita. Involucrum utrumque polyphyl-
 lum. Flores radiati. Semina omnia plana compressa gla-
 bra aut hispida, margine crenulato, subtumido.

divaricatum, caule divaricato piloso scabro, involucri
 longissimis ad verticem latioribus: foliis pinnatis: pinnis
 ovatis crenatis, incis, extrema pinna maxima tripartita: se-
 minibus subpubescentibus, margine rotunde crenato.

Tordylium

Tordylium syriacum L. *Tordylium minus syriacum* feminis limbo granulato. *Morison. iii. Sect. 9. T. 16. f. 7.*
h. H. Annua.

officinale L., caule erecto hispido, striato, involuclis fetaceis, umbellulis longioribus: umbellis confertis, floribus bicoloribus: foliis pinnatis, pinnis ovatis incis: seminibus hispidis, margine integro.

h. H. Annua.

grandiflorum, floribus radiatis maximis bifidis: involuclis longitudine umbellularum, foliis pinnatis, pinnis subrotundis incis: supremis linearibus: umbellis remotis: seminibus hispidis rubro fuscis, margine albo acute crenato:
Tordylium apulum Linn.

Tordylium minimum apulum. *Morif. Hist. iii. Sect. 9. Tab. 16. f. 6.*

Caulis erectus pedalis, scaber, profunde striatus, ad basin petiolorum barbatus. Involucrum universale et parziale pentaphyllum foliolis subulatis vix lineas quatuor longis. Umbella septem-octofida: umbellulae multiflorae. Flores albi radiati tres-quinque in singula umbellula.

h. H. Annua.

2. Seminibus difformibus.

HASSELQUISTIA. *Linnaei gen. n. 462. Gaertner. i. p. 84. Tab. 21.*

Umbella composita. Flores radiati. Involucrum utrumque polyphyllum. Semina exteriora orbiculata plana: interiora bullata minora.

pinnata, foliis pinnatis, pinnis pinnatifidis, incis denatis: involuclis umbellulis brevioribus. *Hasselquistia aegyptiaca* L.

h. H. Annua.

cordata

cordata L., foliis simplicibus ternatis, foliolis imis cordatis: involucellis fetaceis longitudine umbellularum.

h. H. Annua.

b. *Semina alata nuda: alis omnibus membranaceis flexilibus aequalibus.*

LASERPITIUM. Tournef. Tab. 172. Lit. N.

Gaertner. 1. p. 31. Tab. 85. Siler Cranz.

Tab. 1. n. VI.

Umbella composita. Flores conformes. Involucrum utrumque polyphyllum. Semina oblonga alis quatuor vel quinque.

latifolium L., foliis glabris pinnatis, pinnis oblique cordatis, antice ferratis laevibus. *Laserpitium*. Rivin. Tab. 21.

h. H. Perennis.

cuneatum, foliis pinnatis, pinnis cuneatis plerumque trifidis, alis seminum undulatis. *Laserpitium Gallicum* L.

Obs. Involucrum universale reflexum, foliolis lanceolatis integerrimis vix lineas sex longis, parziale patens umbellulis brevioribus. Umbellula expansa plana umbellulis numerosis. Petala alba inflexa emarginata, margine rubello.

h. H. Perennis.

c. *Semina alata nuda: alis quinque membranaceis lateralibus duobus latissimis.*

SELINUM. Gaertner. 1. p. 89. Tab. 21. Im-

peratoria. Gaertner 1. p. 90 Tab. 21.

Umbella composita. Flores conformes. Involucrum commune nullum vel monophyllum deciduum, vel polyphyllum

phyllum: parziale polyphyllum. Seminum alae dorsales tres contractae, laterales latissimae.

Carvifolia L., caule erecto, profunde sulcato alato, involuero universali monophyllo deciduo, foliis triplicato pinnatis, pinnis apice albidis: umbella conferta plana: floribus ante explicationem rubellis. *Roth. Fl. Germ. II. p. 304.* *Haller. Hist. II. 802.* cum bona descriptione, icone vero mala. *Kroker. Fl. Silesiaca I. p. 419.* *Angelica tenuifolia Dill. Cat. Giess. p. 136.* *Carvifolia Vaillant. Tab. 5. fig. 2.* ad hanc plantam minime quadrat. *Selinum palustre Cranz. Fasc. III. p. 39. icon. Tab. IV. fig. 1.*

h. in pratis humidis, prope Bürgel, Gieselsberg, Ockershausen et Wehrda. Perennis.

Imperatoria, foliis tripartito divisis, et subdivisis, floralibus oppositis: umbella plana expansa: involuero universali nullo: partiali tri-tetraphyllo. *Roth. Fl. Germ. II. p. 357.* *Imperatoria Ostruthium Linn. Icon. Blakwell. Tab. 279.*

h. H. Perennis.

pubescens, caule superne pedunculisque pubescentibus, foliis pinnatis, pinnis ovatis serratis, impari integra, non raro ima basi biloba. *Selinum sylvestre. Allione. Fl. Pedem. II. p. 7.* *Angelica sylvestris Linn.*

Angelica sylvestris maior. Morison. III. Sect. 9. Tab. 3. fig. 2.

h. in pratis udis passim prope Wehrda, Bürgeln, und dem Neubof in der Lummersbab. Biennis

d. *Semina glabra: margine alato, alis latissimis.*

1. *dorso sulcatis*

ANGELICA. *Gaertner. II. p. 29. Tab. 85.*

Umbella composita globosa. Involucrum universale deciduum, parziale polyphyllum persistens. Flores uniformes. Semina ovata, striis aequalibus.

offi.

officinalis, foliis pinnatis, pinnis ovato-lanceolatis, impari triloba, umbellis globosis. *Angelica Archangelica* Linn. Icon. Oederi. T. 206.

h. prope Bürgeln. Biennis.

verticillaris L., foliis divaricatissimis pinnatis, pinnis ovatis ternatis utrinque glaberrimis subtus pallidioribus, impari petiolata: caule rubello glauco pedunculis verticillato: petalis viridescentibus.

h. H. Biennis.

ANETHUM. Gaertner. I. p. 91. Tab. 21.

Umbella composita plana. Involucra nulla. Flores uniformes. Semina oblonga compressa, sulcis aequalibus.

graveolens L., foliis duplicato-pinnatis, pinnis pinnatifidis, subulatis: petalis flavis. Icon. Blakwell. T. 545.

h. H. Annua.

LIGUSTICUM. Tournef. Tab. 171. Gaertner II. p. 28. Tab. 85.

Umbella composita: umbellulis hemisphaericis. Flores uniformes. Involuerum universale monophyllum vel polyphyllum: parziale polyphyllum. Seminibus sulcis inaequalibus, nunc marginalibus nunc dorsalibus.

Levisticum L., foliis duplicato ternatis, foliolis cuneiformibus, trilobatis, superne incisitis: petalis luteis. Icon. Blakwell. T. 275.

h. H. Perennis.

decussatum, foliis pinnatis, radicalium pinnis lanceolatis pinnatifidis petiolo adproximatis decussatis: involuero universali nullo: partiali unico. *Selinum Seguieri* Linnaei. *Selinum carvifolium* Chabraei. Cranz Austr. Fasc. 3. fig. 2. icon. bona.

Caulis striatus sesquipedalis. Folia suprema simpliciter pinnata. Umbellulae convexae distantes: petala albo-viridia.

h. H. Perennis.

2. *Dorso striatis.*

PEUCEDANUM. *Tournef. Tab. 169. Gaertner I. p. 88. Tab. 21.*

Umbella composita patens. Involucrum utrumque polyphyllum. Flores conformes. Semina ovato-oblonga, dorso striis 3-5 non sulcis notata.

officinale L., foliis quinquies tripartitis, filiformibus linearibus. *Selinum peucedanum Roth. Fl. Germ. II p. 356.*

Peucedanum minus Germanicum. *Morison, III. Sect. 9. Tab. 15. fig. 2.*

h. H. Perennis.

flexuosum, caule subflexuoso ramosissimo glabro, striato: foliis pinnatis: pinnis pinnatifidis lanceolatis: extrema trifida: umbellis numerosissimis mediocribus: floribus subflavis. *Peucedanum Alsaticum Linn. Halleri Opusc. p. 318.*
Daucus Alsaticus, C. Baub. Prodr. p. 77.

h. H. Perennis.

palustre, caule sulcato sublactescente, foliis quadruplicato-pinnatis, pinnis pinnatifidis: umbella plana speciosa patenti: involucro polyphylo: univertali latiori persistente reflexo: partiali filiformi patenti: floribus albis. *Selinum palustre Linn. Icon. Oederi. Tab. 257.*

Seseli palustre lactescens, acre, foliis ferulaceis, flore albo semine lato. *I. Baub. III. 2 p. 188.*

h. in aquis stagnantibus prope Bürgeln. Perennis.

Oreoselinum, foliis triplicato pinnatis, foliolis lanceolatis, trifidis integerrimisve, divaricatis: umbella plane patenti: involucris utrisque persistentibus filiformibus. *Seli-*

num Oreoselinum. Roth. Fl. Germ. ii. p. 355. Athamanta Oreoselinum. L. Icon. Rivini Oreoselinum. Tab. 8.

h. H. Perennis.

PASTINACA. *Tournef. Tab. 170. Gaertner.*

I. p. 87. Tab. 21. Linn. gen. n. 494.

Umbella composita. Flores conformes. Involucrum nullum. Semen ellipticum foliaceo - compressum, substriatum.

sativa L., foliis simpliciter pinnatis: pinnis ovatis, inciso lobatis: impari triloba: petalis luteis.

h. in pratis prope Gieselberg. Biennis.

SPHONDYLIIUM. *Tournef. Tab. 170. Gaertner.*

I. p. 86. Tab. 21. Heracleum Linnæi gen. n. 477.

Umbella composita. Flores radiati vel conformes. Involucrum universale paucifolium deciduum: parziale polyphyllum persistens. Semina foliaceo - compressa dorso lineata: lineis tribus non elevatis.

Branca, foliis pinnatis, pinnis pinnatifidis, floribus radiatis. Heracleum sphondylium L.

β. foliis angustioribus. Murray Prodr. Goett. p. 49.

Leers Herb. n. 192. post messem ex eadem, quae latifolium genuit, provenit.

Variat petalis albis et rubellis.

h. in pratis. Biennis.

conforme, floribus conformibus, foliis pinnatis, pinnis pinnatifidis inciso - ferratis, supra glabris, subtus nervis hispidis: caule sulcato hispido: petalis viridi-flavis. Heracleum Sibiricum Linn.

h. H. Perennis.

ARTEDIA. *Linn. gen. n. 465. Gaertner. II. p. 32. Tab. 85.*

Umbella composita. Flores radiati. Involucrum utrumque pinnatifidum: parziale dimidiatum, triphyllum, umbellulis longior. Flores interiores steriles. Semina compressa margine lobato foliaceo membranaceo.

squamata L., foliis supradecompositis, foliolis subulatis: flosculis radiatis hermaphroditis: petalis duobus maximis.

Gingidium Rauwolfii. Camer. hist. 67. cum bona iconc. T. 16.

Obs. Planta annua. Involucrum universale margine membranaceo. In centro umbellae foliola subulata basi conata receptaculo elevato inserta fusco-purpurea pilis albis, apice hirta.

h. H. Annua.

e. Semina glabra sulcata, sulcis aequalibus, nec lateralibus latioribus.

THYSSELINUM.

Umbella composita. Flores uniformes. Involucrum utrumque. Semina profunde sulcata, sulcis quinque.

nigrum, seminibus maturis nigris, foliis tri-quadruplicato-pinnatis, pinnis linearibus, acuminatis, pinnatifidis, integerrimis: involucrum universale caducum: parziale persistens: umbella plana.

Ligusticum pyrenaicum. Gouan. Illustr. p. 14. Icon. folii. Tab. X. fig. 2. Allione Fl. Pedem. 11. p. 14.

Radix perennis ramosa. Caulis erectus fractus, sulcatus, glaber, ramosissimus, tri-quadripedalis: rami retroflexi. Petiolorum vaginae virides, glabrae. Foliola terminata apice alba. Umbellae plurimae terminales: interdum subverticillatae. Involucrum universale constanter monophyllum

lum brevissimum: parziale polyphyllum subulatum pedicellis adpressum, et brevior. Flores ante anthesin et dein albae. Stamina antheraque alba. Semina glaberrima.

h. H. Perennis.

involutum, foliis tripinnatis, pinnis pinnatifidis lanceolatis subincisis, integerrimisve, glaberrimis: involucrum utrumque persistens, decolor, membranaceum: universale lanceolatum: parziale oblongum umbellulas ante expansionem involucrans, longitudine umbellularum: petala alba.
Selinum Sibiricum Rhezii. Obs. 1. p. 16.

h. H. Biennis.

grandiflorum, petalis albis amplis, foliis pinnatis nervo confluentibus, pinnis ovato lanceolatis incisis glabris: involucris utrisque persistentibus, margine albido-membranaceo: umbella magna densa patens. *Ligusticum Austriacum Linnaei. Allione Fl. Pedem. 11. p. 15. Tab. 14. Icon. bona.*

Radix ramosa biennis. Caulis erectus profunde sulcatus membranaceus, fistulosus, quadripedalis. Involucra integra. Umbella universalis ex 10-12 umbellulis composita. Flores omnes fertiles.

h. H. In pratis montanis humidis passim prope *Brotteroda am Inselsberg.* Biennis.

SILER. *Rivini. Gaertner. 1. p. 92. Tab. 22.*

Umbella composita. Flores uniformes. Involucrum utrumque persistens. Semina oblonga, elliptica, sulcis rotundatis novem.

lancifolium, foliis duplicato-pinnatis: pinnulis lanceolatis integerrimis, simplicibus et ternatis. *Halleri. n. 794. Laserpitium Siler. Linn. Icon Blakwell. Tab. 426.*

h. H. Perennis.

MEUM. *Tournef. Tab. 165. Gaertner. I. p. 105. Tab. 23.*

Umbella composita. Flores conformes. Involucrum univertale subnullum: parziale paucifolium. Semina elliptica. Sulcis quinque acutis.

Athamanticum, foliis omnibus multipartito - fetaccis.
Aethusa Meum. Linnaei

Meum athamanticum Dioscoridis. *Morison III. Sect. 9. Tab. 2.*

h. H. Perennis.

heterophyllum, foliis pinnatis: inferioribus subcordatis trilobis: caulinis pinnis pinnatifidis linearibus: caule ramosissimo. *Aethusa Bunius Linnaei. Carem Bunias. Gouan Illustr. p. 20.*

Saxifraga montana minor, petroselini s. coriandri folio *Morison. III. Sect. 9. Tab. 2. fig. 16.*

Obs. Involucella minime dimidiata.

h. H. Perennis.

nudicaule, caule subnudo ramoso, foliis bipinnatis, pinnis linearibus integerrimis: involucrum universale monophyllum: parziale polyphyllum apice rubellum, longitudine pedunculorum. *Seseli multicaule. Rhezii Obs. Fasc. III p. 27.*

Radix ramosa perennis. Caulis erectus, pedalis levis: ramis sub umbella striatis. Folia omnia aequalia radicalia brevia plana. Petala alba, antherae carnae. Umbella patens: umbellalis hemisphaerici, deflorata contrahitur, ac feminis vertex et styli rubra evadunt. Semina immatura subpubescentia, matura glabra quinquesulcata.

h. H. Perennis.

nutans, umbellis nubilibus nutantibus, caule declinato, foliis triplicato-pinnatis, pinnis linearibus planis integerrimis

mis subcarnosis refractis: involucrio universalis nullo, partiali polyphylo. *Seseli pimpinelloides, Linnaei.*

Caulis teres glaber ante florescentiam decumbens, sub florescentia erectus, sesquipedalis. Involucrum parziale foliolis lanceolatis longitudine umbellularum margine membranaceis, apice margineque rubellis. Petala alba. Umbellulae defloratae contractae. Semina quinque-sulcata, vertice et stylis persistentibus rubris.

Ab seseli Linnaei differt figura seminum.

h. H. Perennis.

FOENICULUM. *Tournef. Tab. 164. Gaertner.*

I. p. 104. Tab. 23.

Umbella composita. Flores conformes. Involucra nulla. Semina gibba, sulcis rotundatis.

vulgare, foliis diffusis bipinnatis, pinnis pinnatifidis filiformibus: petalis flavis apice involutis: umbella plana ampla. *Anethum foeniculum Linn.*

Foeniculum vulgare. *Morison. iii. Sect. 9. T. 2. f. 1.*

h. H. Perennis.

f. Semina glabra striata.

SESELI. *Linnaei gen. n. 492. Boerhaave I.*

p. 50.

Umbella composita. Flores uniformes. Involucrum parziale polyphyllum. Semina parva oblonga aequalia quinque-striata, interstitiis rugosis, utriusque obtusa.

glaucum L., petiolis ramiferis membranaceis oblongis: foliis pinnatis, pinnis filiformibus planis acutis levibus, petiolo longioribus: flores ante et post anthesin albi.

h. H. Perennis.

teres,

teres, foliis pinnatis teretibus filiformibus distantibus, caule foliisque laevissimis: involucella octo pedicellis arcte adpressis dimidio breviora. *Seseli elatum* Linn.

h. H. Perennis.

BUPLEURUM. *Tournef. Tab. 169. Linn. gen.*

n. 460. Gaertner. I. p. 47. Tab. 22.

Umbella composita. Flores conformes. Petala lutea apice inflexa. Semina oblonga multistriata aequalia, interstitiis planis, utrinque obtusa. Involucrum utrumque polyphyllum, aut parziale nullum.

perfoliatum, foliis rotundatis perfoliatis acuminatis: involucro univertali nullo: partiali pentaphyllo foliolis ovatis: caule brachiato. *Bupleurum rotundifolium* Linn. *Icon. Blakwell. Tab. 95.*

h. raro inter segetes prope Caldern. Annua.

longifolium L., foliis imis petiolatis, ovatis, superioribus amplexicaulis ovato-lanceolatis. *Halleri n. 768.*

Perfoliata montana. *Camer. Heft. icon. Tab. 38.*

h. H. Perennis.

flexuosum, caule flexuoso, foliis radicalibus petiolatis ovatis: caulinis sessilibus subtus quinque nerviis, apice laterioribus: involucellis pentaphyllis; lanceolatis. *Bupleurum sulcatum* L.

h. H. Perennis.

Odontites L., flosculo centrali altiori: caule ramosissimo: foliis lineari-lanceolatis: involucris utrisque pentaphyllis acuminatis, involucellis umbellulis longioribus.

h. H. Annua.

junceum L., caule ramosissimo, foliis linearibus acutis, subtus trinerviis: involucellis pentaphyllis umbellulis longioribus: pedunculis aequalibus.

Bupleurum involucris et involucellis pentaphyllis, foliis linearibus-subulatis. Gerard, Gallo-Prov. p. 233. icon. Tab. 9. bona.

h. H. Annua.

fruticosum L., frutescens, foliis obovatis integerrimis, margine albido cinctis.

h. in frigidario. Frutex.

SIUM. Tournef. Tab. 162. Gaertner. I. p. 104. Tab. 23. Linnaei species.

Umbella composita. Flores uniformes. Involucrum utrumque. Semina oblonga gibba acute striata.

Silaus, foliis pinnatis, pinnis pinnatifidis, lanceolatis incisae acutis, involucrum universale nullum, 1 vel 2 phyllum: flores flavo-virides. Rotb. Fl. Germ. II. p. 340. *Peucedanum Silaus*. Linn. *Seseli pratense*. Cranz. Austr. III. p. 96. icon. Tab. VI.

h. abunde in omnibus pratis circa urbem. Perennis.

angustifolium L., foliis pinnatis inaequabiliter et argute serratis, auriculatis: umbellis oppositifoliis pedunculatis tomis brevioribus. Rhezi obs. Fasc. II. p. 14. Icon Oederi. Tab. 247.

h. in fossis, rivulis: passim in der Lummersbach prope dem Neubof. Perennis.

Falcaria L., foliis firmis serratis pinnatis, nervo folio latefcente. Halleri. n. 782.

Amni perenne repens foliis longioribus et angustioribus serratis. Morison, III. Sect. 9. Tab. 8. f. 1.

h. H. Perennis.

PODAGRARIA. Rivini. *Aegopodium Linnaei*. Gaertner. II. p. 274. Tab. 140.

Umbella composita. Flores uniformes. Involucra nulla. Semina viris rotundatis interstitiis subacutis.

Aego-

Aegopodium, foliis ternatis ovatis, inaequaliter serratis, umbella plana. *Icon Rivin. Tab. 46.*

h. ad sepes, inque hortis. Perennis.

PARILANDRIUM. *Tournef. Tab 161. Linnaei species.*

Umbella composita convexa. Flores uniformes: umbellulae hemisphaericae. Involucrum universale nullum: parziale polyphyllum. Semina leviter striata, striis obtusis.

aquaticum L., caule sulcato fistuloso, foliis bipinnatis, pinnis pinnatifidis incisus ovatis obtusis. *Icon Blakwell. Tab. 570. bona.*

h. frequens in fossis. passim ante portam Elisabethae *im Afföller*, prope Wehrda, Koelbe et Cappel. Biennis.

CRITHMUM. *Tournef. Tab. 169. Linnaei.*

Umbella composita plana. Flores uniformes. Involucrum utrumque polyphyllum. Semina oblonga striata gibba, striis rotundatis

maritimum L., foliis bipinnatis, pinnis linearibus integris carnosissimis incisissimis: involucrio universali deflexo: partiali parvissimo, longitudine pedicellorum: petala alba viridia: semina cortice fungoso ex Cussonio.

Crithmum seu foeniculum maritimum minus. *C. Baub. Merison. III. Sect. 9. Tab. 7. f. 1.*

h. H. Perennis.

SEMINA TECTA.

I. Tegumento suberoso.

CENANTHE. *Tournef. Tab. 166. Linn. gen.*

n. 481. *Gaertner. 1. p. 96. Tab. 22.*

Umbella composita: umbellulae globosae. Flores subradiati. Involucrum universale subnullum: parziale polyphyllum.

phyllum. Semina faberose-corticata, calyce et stylis divaricatis persistentibus coronata.

fistulosa L., caule fistuloso, foliis vaginantibus alternis, radicalibus laioribus bipinnatis, caulinis pinnatis linearibus fistulosis: umbella contracta.

Oenanthe aquatica trillora caulibus fistulosis. *Morison. iii. Sect. 9. Tab. 7. fig. 8.*

h. in fossis. prope Koelbe inter pontem et pagum. Perennis.

pimpinelloides L., foliis pinnatis, pinnis radicalium cuneatis filis: caulis linearibus integris longissimis; canaliculatis: involucrio universalis et partiali polyphylo: umbella subcontracta: flores subradiati.

Oenanthe apii folio caule firmiore. *Morison iii. Sect. 9. Tab. 7. fig. 3.*

h. H. Perennis.

patens, umbella patenti: foliis omnibus linearibus, radicalibus bipinnatis, caulinis pinnatis: involucrio universalis nullo.

Oenanthe peucedanifolia. *Pollich. Hist, Pl. 1. p. 289. icon. Fig: iii. bona.*

Oenanthe aquatica recta angustifolia. *Morison. iii. Sect. 9. Tab. 7. fig. 7.*

h. in pratis paludosis prope *der Kappeler Mühle* et *Wehrda.* Perennis.

2. *Setis rigidis.*

CAUCALIS. *Tournef. Tab. 171. Gaertner. I.*

p. 81. Tab. 20. Linnaei species.

Umbella composita. Flores radiati, disci steriles. Involucra integra. Semina cristis duplicato spinosis, aut aculeis simplicibus, per series longitudinaliter positis.

grandi-

grandiflora L., petalo extremo florum radiatorum maximo bifido: umbella plana: involuero univertiali et partiali pentaphyllo, margine membranaceo. *Echinophora Rivini. Icon. T. 25.*

h. inter segetes Wetteraviae. frequens prope Weifsel. **Annua.**

daucoides L., seminibus dorso gibbis, cristis quatuor distantibus: umbella pauperata subradiata, plerumque trisperma: involuero univertiali monophyllo, parziale triphyllo dimidiato. *Rotb. Fl. Germ. II. p. 305.*

Caucalis arvensis echinata parvo flore. C. Baub. Morison. III. Sect. 9. Tab. 14. fig. 6.

h. inter segetes am Frauenberg. **Annua.**

platycarpus, seminibus magnis subcompressis cristis quinque aculeis uncinatis rubellis: umbella plerumque trifida: umbellulis trispermis: involuero univertiali pinnatifido integro, parziale triphyllo. *Rotb. Beytr. I. p. 122. eiusdem Botan. Abhandl. p. 11.*

Caucalis monspeliaca echinata magno fructu. C. Baub. Echinophora πλατυκαρπος. Morison. III. Sect. 9. Tab. 14. fig. 21. mala

h. H. **Annua.**

latifolia L., foliis asperis pinnatis, pinnis serratis: involucri decoloribus, involucri cellis ovatis: seminibus cristis plurimis, aculeis purpureis.

Caucalis artensis echinata latifolia. C. B. P. Morison. Hist. III. Sect. 9. T. 14.

h. H. **Annua.**

DAUCUS. *Tournef. Tab. 161. Linnæi. gen. n. 466. Gaertner. I. p. 79. Tab. 20.*

Umbella composita. Flores radiati. Involucra pinnatifida. Semina sulcata, sulcis setis rigidis longitudinaliter obfessis. Umbella deflorata concava contracta.

Carota

Carota L., caule ramisque hispidis, pinnis supremis lineari lanceolatis.

Obs. Flores radiati sylvestres plerique fertiles, etiamque corputculum carnosum centrale in plantis sylvestribus observavi.

h. ad vias, margines agrorum. Biennis.

carnosus, disco centrali sterili carnosio atropurpureo, caule ramisque hispidis, pinnis omnibus lanceolatis pinnatifidis incisus acutis acuminatis superioribus elongatis, utrinque glabris.

Daucus mauritanicus Linn. Allione Fl. Pedem. Icon. Tab. 61. fig. 1.

Obs. Discus carnosus non in omnibus umbellis adest.

h. H. Perennis.

hispidus, caule ramisque foliorum nervis subtus hispidis, pinnis pinnatifidis ambitu ovatis, supremis angustioribus non elongatis, disco carnosio centrali nullo. *Guoan Illustr. p. 9.*

Obs. Flores radiati in hac et antecedenti specie, steriles masculi.

h. H. Perennis.

3. *Villis vel pube tecta.*

CUMINOIDES. *Tournef. Tab. 155. Lagoe-*

cia. Linnaei gen. n. 399. Gaertner. I. p.

103. Tab. 23.

Umbella simplex. Flores uniformes. Stylus unus. Stigma unum. Involucrum universale pinnato dentatum: parziale capillaceo pinnatifidum. Calyx quinquefidus persistens: laciniis capillaceo multifidis. Tegumentis villosis quinque striatis, bispermis, altero abortivo.

obliqua,

obliqua, foliis pinnatis, pinnis subrotundis, confertis, incisus, mucronatis oblique infertis: umbellulis terminalibus.
Lagoecia cuminoides Linn.

Cuminum sylvestre globosum. *Tab. Morison. iii. Sect. 9. Tab. 3.*

h. H. *Annua.*

ASTRANTIA. *Tournef. Tab. 166. Linn. gen. n. 459. Gaertner. i. p. 78. Tab. 20.*

Umbella simplex. Flores uniformes. Involucrum polyphyllum coloratum. Semina oblonga, elliptica, transverse rugosa, villis scabra.

digitata, foliis digitatis septenis serratis, involucri integris umbellis longioribus. *Astrantia minor. L. Icon. Scopoli Fl. n. Tab. 7.*

h. H. *Perennis.*

LIBANOTIS. *Halleri. Hist. i. p. 325. Allione Fl. Pedem. ii. p. 30.*

Umbella composita. Flores uniformes omnes fertiles. Involucrum utrumque polyphyllum. Semina ovato-oblonga profunde sulcata villosa.

montana, foliis pinnatis, pinnis pinnatifidis laciniis lanceolatis acutis, pinnis imis maioribus remotis decussatis: umbellulis convexis. *Icon. Allione. Fl. Pedem. Tab. 62. Athamanta Libanotis. Linn. Athamanta lucida. Rhezii. Obs. Fasc. iii. p. 28.*

var. caule humiliori, pubescenti: foliis angustioribus. *Athamanta pubescens. Rhezii. Obs. Fasc. iii. p. 28.*

h. H. *Perennis.*

CERVARIA. *Rivini. Gaertner. I. p. 90.*
Tab. 21.

Umbella composita. Flores conformes. Involucrum utrumque polyphyllum integrum. Semina tristriata subpubescentia.

rigida, foliis pinnatis, pinnis ovatis rigidiasculis, inciso ferratis, ferris acuminatis, utrinque glaberrimis, subtus venoso-reticulatis.

Athamanta cervaria. L. Selinum cervaria. Cranz Austr. Fasc. iii. icon. Tab. 3. fig. 1.

h. H. Perennis.

BUBON. *Linnaei. Gaertner. I. p. 102. Tab.*
23.

Umbella composita. Flores uniformes. Involucrum universale pentaphyllum. Semina ovata obtuse sulcata, sulcis quinque villosa.

multiflorum, umbellis numerosissimis, foliis pinnatis, pinnis rhombeo-ovatis acute crenatis utrinque glabris. Bubon Macedonicum. Linn. Blakwell Tab. 382.

h. in frigidario. Perennis.

g. Semina subrotunda gibba, subglobosave, alis lateralibus nullis.

1. Glabra sulcata.

CONIUM. *Linnaei gen. n. 469, Gaertner. I.*
p. 100. Tab. 22.

Umbella composita plana. Flores uniformes. Involucrum universale 3-5phyllum: parziale dimidiatum 3-4phyllum. Semina subrotunda, ante maturitatem sulcis transverse rugosis.

maculatum L., caule fistuloso glabro, levissimo striato, maculis basi purpurascensibus adspersio: pinnulis subpinnatifidis inciso-dentatis, extremis confluentibus. *Leers Fl. Herb. p. 72. Icon. Blakwell. Tab. 451. 573.*

h. *am Schloßberg.* copiose prope Heskamp. Biennis.

CICUTA. *Linnaei gen. n. 486.*

Umbella composita hemisphaerica: umbellulis globulosis. Flores uniformes. Involucrum universale polyphyllum. Semina subglobosa, profunde aequaliter sulcata, sulcis integris.

virosa L., foliis pinnatis, pinnis glabris lanceolatis serratis: umbellis oppositifoliis.

Sium, foliis rugosis trifidis seu multifidis dentatis. *Morison. Sect. iii. Tab. 5. fig. 4.*

h. in fossis, aquis stagnantibus: copiose prope Bürgeln, Wehrda; Cappel. Perennis.

AETHUSA. *Linnaei. Gaertner. I. p. 94. T. 22.*

Umbella composita plana. Flores uniformes. Involucrum universale nullum: parziale dimidiatum triphyllum reflexum umbellulis longius. Semina rotunda gibba sursum attenuata, sulcis quinque aequalibus.

cynapium L., foliis pinnatis: pinnis pinnatifidis glabris, umbellis lateralibus oppositifoliis. *Cynapium Ricini. Icon. Tab. 75.*

h. in cultis et ruderatis. Biennis.

SMYRNIUM. *Tournef. Tab. 168. Gaertner. I. p. 101. Tab. 22. Linnaei.*

Umbella composita. Flores uniformes. Involucrum universale nullum: parziale paucifolium. Semina subrotunda angulato-costata.

Olusatrum L., foliis caulinis ternatis petiolatis ferratis.
Icon. Blakwell. T. 408.

h. H. Perennis.

SISON. *Linnaei species.*

Umbella composita plana. Umbellulis depauperatis.
Flores uniformes. Involucrum, utrumque polyphyllum. Semina globosa quinquefulcata, sulcis rotundatis.

heterophyllum, foliis pinnatis: pinnis radicalium ovatis ferratis basi tripartitis: caulis lanceolatis incisus acuminatis: supremis linearibus: extremis plerumque tripartitis: umbellis numerosissimis, umbellulis longitudine inaequalibus. *Sison Amomum* Linn. Icon. Blakwell. Tab. 442.

h. H. Perennis.

APIUM. *Tournef. Tab. 160. Gaertner. I. p. 99. Tab. 22. Linn. gen. n. 499.*

Umbella composita plana. Flores uniformes. Involucrum monophyllum vel nullum, et eius loco folium caulinum: parziale nullum vel dimidiatum. Semina rotunda gibba quinque sulcata.

graveolens L., foliis pinnatis, pinnis trilobatis: umbellis sessilibus, pedunculatisque: terminalibus dichotomis.
Icon Blakwell. Tab. 443.

h. ad salinas Nauheimenses. Biennis.

Petroselinum L., foliis pinnatis, radicalibus ovatis, caulinis linearibus, involucellis minutis.

Apium hortense seu Petroselinum vulgo. *Morison. III. Sect. 9. Tab. 8. fig. 2.*

h. colitur. Biennis.

AMMI. *Tournef. Tab. 150. Gaertner. I. p. 98. Tab. 22. Linnaei species.*

Umbella ampla composita: umbellulis hemisphaericis numerosissimis. Flores conformes. Involucrum utrumque poly-

phyllum: universale trifidum: parziale integrum. Semina globosa profunde quinquefulcata.

maius L., foliis inferioribus pinnatis ovato-lanceolatis utrinque nudis, ferratis: superioribus linearibus multifidis, acuminatis apice deflexis.

h. H. Annua.

CARUM. *Linnaei. Gaertner. I. p. 106. Tab.*

23. Carvi. Tournef. Tab. 160.

Umbella composita plana. Flores uniformes. Involucra nulla. Semina rotunda, acute sulcata.

Carvi, foliis bipinnatis, pinnis pinnatifidis linearibus, multifidis, circa caulem decussantibus. *Icon. Blakwell. Tab. 529.*

h. passim in pratis. Biennis.

CNIDIUM. *Cussoni.*

Umbella composita. Flores uniformes. Involucrum utrumque vel nullum. Semina orbiculata profunde quinque sulcata, sulcis acutissimis.

confertum, umbellis terminalibus hemisphaericis: umbellulis confertis: involucris utrisque lanceolatis, umbellulis brevioribus: foliis pinnatis, pinnis pinnatifidis lanceolatis incisus acutis glabris. *Selinum Monnieri L.*

h. H. Annua.

tenuifolium, foliis bipinnatis, pinnis lineari-filiformibus, planis acutis: involucris nullis: umbellis numerosissimis oppositifoliis, terminalibus lateralibusque, compositis simplicibusque: floribus omnibus hermaphroditis. *Pimpinella dioica. Linn.*

h. H. Annua.

2. *Semina tecta sulcata.*

AMMIOS.

Umbella composita hemisphaerica. Flores uniformes. Involucrum utrumque polyphyllum. Semina rotunda profunde quinque sulcata gibba villosa.

muricata, seminibus muricatis, foliis tripinnatis, pinnis pinnatifidis linearibus. *Ammi copticum*. Linn.

h. H. Annua.

1. *Semina glabra striata.*

TRAGOSELINUM. *Tournef. Tab. 163. Halleri*

Hist. 1. p. 349. Pimpinella. Linnæi species.

Umbella composita plana. Flores uniformes. Semina gibba subrotunda quinque striata, apice attenuata.

Saxifragum, caule striato glabro: foliis pinnatis glabris, radicalibus pinnis ovatis subrotundisve argute dentatis; caulinis bipinnatis, pinnis linearibus. *Pimpinella Saxifraga. Linnæi. Rotb. Fl. Germ. 11. p. 341. Icon. Oederi Tab. 669.*

h. in pratis, locis graminosis siccis, Perennis.

magnum, foliis uniformibus pinnatis, pinnis ovato-lanceolatis, omnibus lobatis: impari triloba: summis angustioribus. *Pimpinella magna. Linn.*

h. in der Lummersbach prope dem Neubf. Perennis.

hircinum, foliis uniformibus bipinnatis: pinnis profunde lobatis. *Pimpinella hircina. Linn. Rotb Fl. Germ. 11. p. 344.*

h. in pratis. Perennis.

dissectum, foliis omnibus pinnatis, pinnis multiparittis, segmentis subfoliatis acutis. *Pimpinella dissecta. Rhezii Obs. Fasc. 111. p. 30. Icon. Tab. 2.*

h. passim in hortis, Perennis.

2. *Semina tecta striata.*

ANISUM. *Gaertner. 1. p. 102. Tab. 23. Pimpinella. Linnaei species.*

Umbella composita plana Involucrum nullum, aut folium unum sub umbella. Semina subrotunda attenuata, quinquestriata pubescentia.

officinarum, foliis radicalibus pinnatis, cuneiformibus, trifidis, incisis, caulinis lanceolatis incisis. Pimpinella Anisum. Linn. Icon. Blakwell. Tab. 374.

h. H. Annua.

h. *Semina longa subcylindrica.*1. *Glabra, sulcata.*

MYRRHIS. *Tournef. Tab. 166. Gaertner. 1. p. 108. Tab. 23.*

Umbella composita plana. Flores radiati, masculi et hermaphroditi. Involucrum universale nullum: parziale polyphyllum. Semina cylindrica profunde sulcata.

odorata, foliis pinnatis: pinnis ovatis pinnatifidis laciniis dentatis: umbellulis fructiferis strictis: sulcis seminum scabriusculis. Scandix odorata. Linnaei.

Myrrhis perennis alba odorata. *Morison. III. Sect. 9. Tab. 10. fig. 1.*

h. H. Perennis.

2. *Semina glabra, striata.*

SCANDIX.

Umbella composita plana. Flores conformes, masculi et hermaphroditi. Involucrum universale nullum: parziale polyphyllum. Semina elongata acuta quinquestriata, striis rotundatis.

bulbosa,

bulbosa, radice bulbosa, caule inferne hirto scabro maculato, superne levi: foliis pinnatis: pinnis pinnatifidis, lineari-lanceolatis acutis. *Chaerophyllum bulbosum* Linn.

Myrrhis annua erecta nodosa tuberosa. *Morison. iii. Sect. 9. Tab. 10. fig. 8.*

h. in pratis, ad ripas rivularum, prope Wehrda. Biennis.

nutans, umbellis nubilibus nutantibus, floriferis erectis, caule geniculato maculato, geniculis tumidis, foliis bipinnatis, pinnis pinnatifidis incisiss, ovatis, obtusis. *Chaerophyllum temulum*. *Linnaei. Myrrhis temula. Gaertner. i. p. 109. Tab. 23.*

h. frequens ad sepes, et sepimenta hortorum. Biennis.

aurea, seminibus maturis flavicantibus: caule inferne hirsuto scabro, superne glabro: foliis bipinnatis: pinnis ovatis incisiss acutis pilosis. *Chaerophyllum aureum. Linnaei. Myrrhis aurea. Gaertner. i. p. 109. Tab. 23. Icon. Rupp. Jenensis. Tab. 5.*

h. H. Perennis.

ternata, foliis ternatis, ovatis, inciso-serratis acutis, in periolum decurrentibus: umbellis depauperatis. *Sison Canadense. Linnaei. Myrrhis Canadensis. Gaertneri i. p. 109. Tab. 23.*

Myrris Canadensis trilobata. *Morison. iii. Sect. 9. Tab. 12. fig. 4.*

h. H. Perennis.

Bulbocastanum, radice globosa solitaria bulbosa: caule glabro: foliis bipinnatis, pinnis linearibus integerrimis, trifidis, simplicibus. *Bunium bulbocastanum Linnaei. Gaertner. ii. p. 273. Tab. 147. Icon. Oederi. Tab. 220. Bulbocastanum. Morison. Hist. iii. Sect. 9. Tab. 2. fig. 1. Bunium minus. Gouan. Illustr. p. 10.*

h. H. Perennis.

2. *Semina levia.*

CHAEROPHYLLUM. *Tournef. Tab. 166. Linnaei. Gaertner. I. p. 107. Tab. 23.*

Umbella composita plana. Flores uniformes. Involucrum universale nullum: parziale polyphyllum. Semina levissima tereti-rostrata.

Sylvestre L., caule striato glabro emaculato: foliis bipinnatis: pinnis lanceolatis pinnatifidis acutis, nervo subtus hirsuto: umbellis terminalibus.

h. abunde in pratis, et hortis. Perennis.

Cerefolium, umbellis terminalibus pedunculatis, lateralibus sessilibus quatuor quinquefidisve: foliis bipinnatis, pinnis ovatis remotis, pinnatifidis, incilis. *Scandix Cerefolium. Linnaei. Icon. Blakwell. Tab. 236.*

h. H. Biennis.

3. *Semina sine alis, sulcis et striis: setis hispidis tecta.*

TORILIS. *Adanson. p. 99. Gaertner. I. p. 82. Tab. 20.*

Umbella composita vel simplex: plana vel convexa: pedunculata vel sessilis. Flores uniformes radiative. Involucrum universale polyphyllum vel nullum: parziale polyphyllum. Semina subcylindrica vel ovata.

tumida, feminibus subcylindricis: caule erecto hispido, aculeolis reflexis: geniculis tumidis: involucrio partiali pentaphyllo: umbellis terminalibus pedunculatis, petalo exteriori maiori. *Scandix nodosa Linn.*

Cerefolium annuum nodosum semine aspero oblongo. *Morison. III. Sect. 9. Tab. 10. fig. 4.*

h. H. Annua.

rubella,

rubella, petalis rubellis: seminibus ovatis fetis rubellis uncinatis: caule scabro striato: umbellis pedunculatis: involuero univertiali polyphylo. *Tordylium Anthriscus. Linnæi* h. ad sepes et dumeta. Biennis.

Anthriscus, seminibus subcylindricis, caule levi aequali, ligula petiolorum lanata: umbellis depauperatis numerosissimis: terminalibus pedunculatis: lateralibus sessilibus, *Scandix anthriscus. Linnæi. Caulis Scandicina. Roxb. Fl. Germ. 11. p. 312. Icon. Oederi. Tab. 863.*

Cerefolium sylvestre annuum semine villoso brevi. *Morison. 111. Sect. 9. Tab. 10. fig. 2.*

h. copiose ad Amoeneburgum. Annua.

radiata, umbellulis radiatis, pedunculatis, convexis, remotis, terminalibus: floribus confertis: foliis remotissimis: pinnis pinnatifidis, incis: supra villosis: infra glaucis: seminibus ovatis, dorso setosis, lateribus scabris. *Scandix infesta. Jacq. Willieb. Illustr. p. 34. Panzer Observ. p. 52.*

Obs. Planta peracte foecundatione tota rufescit.

h. H. Annua.

nodosa, umbellis lateralibus confertissimis simplicibus subpedunculatis oppositifoliis: caule procumbenti: foliis pinnatis: pinnis lanceolatis pinnatifidis: petalis conformibus: seminibus globosis. *Tordylium. nodosum Linn.*

Caulis nodosa echinato semine. C. B. Morison. Hist. 111. Sect. 9. Tab. 14. fig. 10.

h. H. Annua.

I. *Squamis tecta.*

ERYNGIUM. *Tournef. Tab. 173. Linnæi gen.*

n. 456. Gaertner. 1. p. 77. Tab. 25.

Flores capitati uniformes. Involucrum polyphyllum rigidum. Receptaculum conicum, paleaceum. Semina squamis flexilibus tecta.

planum

planum L., foliis radicalibus ovalibus planis crenatis petiolatis: caulinis sessilibus digitatis: involucris lineari-lanceolatis longitudine capituli.

Eryngium planum alpinum capitulis dipfaci flore caeruleo et albo. *Morison* iii. *Sect.* 7 *Tab.* 35. *fig.* 10.

Variat: capitulis albis et caeruleis.

h. H. Perennis.

maritimum L., foliis radicalibus plicatis spinosis, glaucis: capitulis pedunculatis: paleis tricuspidadis.

Eryngium maritimum. *C. Bauh.* *Morison.* iii. *Sect.* 7. *Tab.* 36. *fig.* 6.

h. H. Perennis.

campestre L., foliis radicalibus petiolatis pinnatifidis, spinosis: caulinis sessilibus. *Icon. Blakwell.* *Tab.* 297.

h. in Wetteravia prope Friedberg, Nauheim. Perennis.

alpinum L., foliis radicalibus petiolatis cordatis, serrato-spinosis: involucris pinnatifidis spinosis, capitulo longioribus: capitulum oblongum, paleis setaceis trifidis, caeruleum.

h. H. Perennis.

PERICARPIUM.

SANICULA. *Tournef.* *Tab.* 173. *Linn. gen. n.*

458. *Gaertner.* 1. *p.* 79. *Tab.* 20.

Umbella composita conferta: umbellulae globosae. Involucrum utrumque. Pericarpium biloculare ovatum, loculo altero abortiente, setis uncinatis tectum.

officinarum, foliis radicalibus longe petiolatis, quinquepartitis, laciniis bi-trilobis, ferratis, utrinque nudis: caule subnudo: floribus sessilibus. *Sanicula europaea.* *Linn. Icon. Oederi* T. 283.

h. in sylvis. am Rbinberg prope Caldern. Perennis.

CORIAN-

CORIANDRUM. *Tournef. Tab. 168. Linn. gen. n. 488. Gaertner. I. p. 93. Tab. 22.*

Umbella plana composita radiata vel uniformis. Flores radiati steriles. Involucrum universale monophyllum: parziale polyphyllum. Pericarpium globosum, glabrum, striatum, uni-biloculare.

sativum L., foliis radicalibus pinnatis: pinnis ovatis inciso-dentatis: caulinis bipinnatifidis linearibus: umbellis radiatis: pericarpis monospermis. *Icon. Blakwell. Tab. 176.*

h. H. Annua.

testiculatum L., foliis omnibus bipinnatis, pinnis pinnatifidis linearibus: floribus conformibus: pericarpis bilocularibus, altero loculo abortiente.

Coriandrum minus testiculatum. *Morison. III. Sect. 7. Tab. 11. fig. 2.*

h. H. Annua.

FLORES GLUMOSI.

LYGEUM. *Linn. gen. n. 99.*

Spathae monophyllae, aristatae, biflorae. Corolla bivalvis: valvula exteriori lanceolata: interiori duplo-longiori. Stamina tria. Stylus unus. Pericarpium hirsutissimum biloculare; bispermum, ossium.

spartum L., radice repente, culmo filiformi, foliis fetaceis filiformibus.

h. H. Perennis.

FLORES COMPLETI.

CAPSULA BILOCULARIS.

HYDRANGAEA. *Linn. gen. n. 760. Gaertner. I. p. 150. Tab. 30.*

Calyx minimus quinquedentatus ovario adnatus. Corolla pentapetala. Stamina decem. Styli duo distantes. Capsula evalvis foramine inter stylos dehiscens.

fru-

frutescens, foliis oppositis petiolatis dentatis laevibus: inferioribus cordatis: superioribus ovatis: floribus cymosis involucreatis: involucreo tetraphyllo deflexo: staminibus petalis duplo longioribus. *Hydrangea arborescens*. L.

h. H. Frutex.

SAXIFRAGA. *Tournef. Tab. 129. Milleri Illustr. p. 118. Tab. 33. Linnaei species.*

Calyx quinquepartitus ovario adnatus persistens, laciniis erectis oblongis obtusis. Petala quinque ovata obtusa. Glandula ovarium cingens. Stamina decem glandulae inserta. Styli duo. Stigmata simplicia obtusa extrorsum distantia.

corymbosa L., foliis lingulatis cartilagineo-ferratis, caule folioso paniculato, ramis distantibus: petalis albis immaculatis, calyce triplo longioribus. *Icon. Oederi. Tab. 261.*

h. H. Perennis.

Aizoon, foliis lingulatis cartilagineo-ferratis: caule folioso paniculato, ramis conniventibus, 2-3floris: petalis albidis punctatis, calyce duplo longioribus. *Jacq. Allione Fl. Pedem. ii. p. 68.*

h. H. Perennis.

granulata L., foliis radicalibus reniformibus, lobatis: caulinis palmatis acutis: caule ramoso: radice granulata. *Icon. Blakwell. Tab. 56.*

h. copiose in pratis siccis, locis gramineis. Perennis.

tridactylides L., foliis omnibus trifidis cuneiformibus: radicalibus petiolatis: caulinis sessilibus: caule erecto ramoso. *Icon. Blakwell. Tab. 212.*

h. ad muros urbis Wetter. Annua.

rosea, ramis radicalibus sterilibus rosaceis: foliis omnibus palmato-trifidis pilosis: caule ramoso subfolioso, ramis 1-2floris: petalis albis immaculatis, calyce triplo maioribus. *Saxifraga decipiens Ehrhart. Willd. Obs. 59. Halleri Hort. Goett. p. 136. Icon. Oederi. T. 71.*

Obs.

Obs. Stamina certe thalamo nec alterne petalis inserta.

h. H. Perennis.

hypnoides, caule erecto subnudo paucifloro, ramis radicalibus adgregatis subviscidis: foliis integris trifidisque: petalis albis. *Scopoli Fl. p. 296. Icon. Tab. 14.*

h. H. Perennis.

CAPSULA DECEMLOCULARIS.

DECUMARIA. *Linn. gen. n. 815.*

Calyx octo-decemfidus, persistens. Corolla: petala octo-decem. Stamina quindecim-viginti. Antherae didymae. Stylus unus. Stigma crassum lobatum. Capsula loculis polyspermis.

radicans, fruticosa, ramis nodosis radicanibus: foliis oppositis oblongis, coriaceis, subtus albido-venosis, apicem versus remote serratis: floribus corymbosis. *Decumaria barbara L. Ebrhart Beytr. 5. p. 49.*

h. H. fructus non maturuerunt. Frutex.

DRUPA CARNOSA.

CORNUS. *Tournef. Tab. 410. Linnæi gen. n. 194. Gaertner. 1. p. 126. L'Heritier specimen botanicum.*

Calyx quadridentatus minimus. Corolla tetrapetala. Stamina quatuor. Stylus unus. Stigma simplex. Ovarium glandula cinctum. Drupa bisperma.

mascula L., arborea, foliis ovatis: floribus umbellatis involucreatis, petalis flavis: drupa rubra oblonga.

variat drupis flavis. *Icon. Blakwell. Tab. 121.*

h. H. Arbor.

Sanguinea

sanguinea L., arborea, foliis oppositis, lato-ovatis, subacuminatis, subtus pallide viridibus: cymis nudis: calyce longitudine glandulae: drupis nigris depresso-globosis. *Ehrhart Beytr. 4. p. 15. Icon. Oederi. Tab. 481.*

h. frequens ad sepes. Frutex.

cyanocarpus, drupis subovatis maturis violaceis; arborea, foliis oppositis subovalibus acuminatis, subtus rubiginoso-pubescentibus: cymis nudis pubescentibus: calyce glandula triplo longiore. *Cornus Amomum. du Roi. Ehrhart. Beytr. 4. p. 15.*

h. H. Frutex.

sericea L., fruticosa, ramis depressis sanguineis, punctis cinereis adpersis: foliis oppositis ovatis lineatis, subtus albo-serico nitentibus: cymis nudis: glandula rubella: drupis maturis albis subovatis.

h. H. Frutex.

albida, fruticosa, ramis griseis rectis: foliis elliptico-lanceolatis, acuminatis, subtus albidis: nervis laxissimis: cymis nudis elongatis: drupis albidis globosis. *Ehrhart. Beytr. 4. p. 16. Cornus paniculata l'Heritier.*

Obs. Calyx 4-5-6dentatus. Petala 4-5-6. Stamina tot quot petala.

h. H. Frutex.

DRUPA CORTICOSA.

HALORAGIS. *Forst. gen. 31. Linn. gen. n. 686. Cercodia Gaertner. 1. p. 164. Tab. 32.*

Calyx quadripartitus. Corolla tetrapetala linearis. Stamina octo. Antherae tetragonae. Styli quatuor. Stigmata simplicia. Drupa tetragona coriacea, quadrilocularis, loculis monospermis.

erecta

erecta L., caule tetragono, foliis lanceolatis, glaberrimis, oppositis, ferratis: floribus axillaribus confertis nutantibus. *Cercodia erecta*. Murray Com. Goets. 1780 p. 3. Tab. 1.

alata, foliis ovato - lanceolatis ferratis, fructibus pyramidatis tetragonis alatis. Forster. Prodr. Fl. Insul. Ausir. p. 30.

h. in frigidario. Fruticulus.

S Y M P H I O S T E M O N .

O V A R I U M S U P E R U M .

E P A R A P E T A L O I D E A E .

I. *Semen incrustatum.*

DORYCHNIUM. Royen. Lugd. Bat. p. 389.

Calyx quinquedentatus, dentibus lanceolatis, imo longissimo. Corolla papilionacea. Stamina decem connata supremo libero. Semina compressa rotunda oblongave, rugosa, villosave, obtusa aristatave.

corylifolium, foliis simplicibus, ovatis, subdentatis: floribus capitatis, semen rugosum rotundum obtusum calyce brevius. *Pforalea corylifolia*. Linn. Cullen. Medicus. Philos. Bot. Fasc. 1. p. 211.

Radix fibrosa annua. Caulis herbaceus teres laevis flaccidus bipedalis. Folia alterna petiolata glabra. Stipulae duae reflexae minutae. Flores terminales axillaresque: pedunculo communi folio longiori: capitula quinque - octoflora. Calyx siccatu tuberculis adpersus, striatus pilosus, bilabiatus: labio superiori quadridentato acuto, imo integro obtuso. Corolla lineas tres longa: vexillum ovatum erectum, albo-rubellum: alae longitudine vexilli conniventes apice rubrae: carina lunulata brevior.

h. H. Anqua.

angusti-

angustifolium, foliis ternatis lanceolatis, integris, petiolis striatis: floribus capitatis: bracteis dentatis: calycibus villosis: seminibus villosis, rostratis: rostro ensiformi calyce longiori. *Psoraleae bituminosae* Linn. var. β . *Psoralea angustifolia*. *Diarr. Bot.* XI. p. 33.

h. in frigidario. Frutex.

2. *Pericarpium uniloculare mono-spermum.*

BARBA IOVIS. *Tournef. Tab.* 419. *Anthyllis*.
Linnaei species.

Calyx teres cylindricus quinquedentatus. Corolla papilionacea: vexillum patens alis longius: alae conniventes. Stamina decem omnia connata. Pericarpium ovatum calyce longius monospermum.

argyrophylla, foliis pinnatis sericeis, floribus capitatis bracteatis. *Anthyllis barba iovis*. Linn.

h. in frigidario. Frutex.

MELILOTUS. *Tournef. Tab.* 229. *Halleri Hist.*
I. p. 158. *Allione. Fl. Pedem.* I. p. 308.
Gaertner. II. p. 335. *Tab.* 153. *Trifolium*.
Linnaei species.

Calyx tubulosus quinquedentatus persistens. Corolla papilionacea. Stamina decem, novem connata, supremum liberum. Pericarpium ovatum mono- vel bispermum calyce longius. Seminibus ovatis. Foliis ternatis.

levis, pericarpio levi ovato obtuso monospermo, floribus racemosis, foliis lanceolatis obtusis dentatis. *Trif. Mel. indica*. Linn.

Melilotus lutea spica densius disposita semine minore. *Morison.* II. Sect. 2. *Tab.* 23.

h. H. Annua.

offici-

officinalis, pericarpio bispermo oblongo subrogoso acuminato, floribus racemosis, foliis lanceolatis dentatis acutis. *Trif. Melil. off. Linn.*

Variat corollis luteis et albis.

h. ad vias. ante portam Capucinarum prope Okershausen. Annua.

rugosa, pericarpio bispermo ovato obtuso rugoso, floribus racemosis, foliis obovatis acuminatis dentatis. *Trif. Mel. Italica Linn. Icon. Camer. hort. Tab. 29.*

h. H. Annua.

striata, foliis obovatis dentatis, pericarpis monospermis oblongis acutis striatis, striis semicircularibus. *Trifol. Mel. Messanense Linn. Icon. Moris. Hist. 11. Sect. 2. Tab. 16. fig. 9.*

h. H. Annua.

MELISSITUS. *Medicus Phil. Bot. 1. p. 209.*

Calyx, corolla stam. et stylus Meliloti. Pericarpium rotundum compressum, membranaceum, alatum, bisper-
mum calyce longius. Semen compressum.

dentata, foliis obovatis antice dentatis, floribus racemosis. *Trif. Mel. Cretica Linn. Icon. Baub. Prodr. p. 142.*

h. H. Annua.

TRIFOLIUM. *Tournef. Tab. 228. Linnæi.*

Gaertner. VI. p. 333. Tab. 153.

Calyx rubulosus quinquedentatus persistens. Corolla papilionacea. Stamina decem, novem connata, supremum liberum. Stylus glaber. Pericarpium ovatum, oblongum
1-tetraspermum calyce brevius.

I. Calycibus glabris.

bicolor, caule ascendente ramoso, capitulis nudis umbellaribus, floribus calycem versus rubellis, superne albis, deslo-

deffloratis hirtinneis: pericarpio oblongo 3-4spermo. *Trifolium hybridum* L.

Vaillantii icon a Linnaeo citata minime respondit.

h. frequens in hortis et agris ad viam regiam versus Koelbe. Perennis.

repens L., caule repente: pedunculis erectis: capitulis nudis umbellaribus: corollis albis concoloribus: pericarpis tetraspermis oblongis. Icon Vaillantii Tab. 22. fig. 1.

h. copiose ad vias. Perennis.

glomeratum L., capitulis sessilibus axillaribus subglobosis rigidis: calycibus striatis quinquepartitis, laciniis parvis ovato-acutis: corollis calyce longioribus: caule decumbenti: foliis oblongis ferrulatis.

h. H. Annua.

montanum L., caule erecto, foliis lanceolatis, nervosis, margine scabriusculis subtus subhirsutis: capitulis oblongis, aphyllis, pedunculatis, vexillis subulatis.

h. in pratis montanis. an der Kirchspiz, et prope Bauerbach. Perennis.

2. Calycibus villosis.

obvallatum, capitulis globosis cum bracteis tribus orbiculatis arcte obvallatis, dentibus calycis subulatis corolla longioribus: caule procumbenti: foliis cuneatis integris emarginatis: pericarpio monospermo, *Trifolium Cherleri* L.

Trifolium glomerulis personatae Cherleri. J. Baub. Morison. II. Sect. 2. Tab. 13. fig. 13.

h. H. Annua.

incarnatum L., caule erecto: foliis subrotundis: spicis cylindricis, vexillo erecto longissimo: calycibus plumosis.

h. H. Annua.

ochroleucum L., caule decumbenti: foliis radicalibus obcordatis: caulinis lineari-lanceolatis, supremis oppositis: capitulis

capitulis oblongis nudis: dente imo calycis longissimo: floribus ochroleucis.

h. H. Perennis.

arvense L., caule erecto: capitulis ovalibus, villosis: dentibus calycis fetaceis, corolla longioribus, villosis, aequalibus: pericarpis bispermis. *Icon. Oederi. Tab. 724.*

h. in agris abunde, Annuum.

stellatum L., capitulis pilosis ovatis: calycibus patentibus, laciniis aequalibus, corolla longioribus, intus glabris, tubo villis clauso: caule diffuso: foliis obovatis.

Tritolium stellatum purpureum monsp. *J. Bauh. Morison. 11. Sect. 2. Tab. 13. fig. 13.*

h. H. Annuum.

striatum L., calycibus decem striatis, striis rubellis, dentibus acutis erectis, unico maiore: capitulis sessilibus oblongis terminalibus: bracteis orbiculatis: corolla calyce longiori: pericarpio monospermo. *Icon. Vaillantii. Tab. 33. fig. 2.*

h. H. Annuum.

3. *Calycibus inflatis ventricosis.*

spumosum L., caule decumbenti: capitulis ovatis: calycibus glabris striis trigintis percursis transversim nervosis, aridis membranaceis, dentibus fetaceis patulis, corolla brevioribus: pericarpio tetraspermo rostrato, rostro compresso calyce longiori.

h. H. Annuum.

tomentosum L., capitulis globosis pedunculatis, pedunculis petiolo brevioribus: calycibus tomentosis, dentibus subulatis inaequalibus reflexis: caule decumbenti: foliis obovatis denticulatis non emarginatis.

h. H. Perennis.

fragiferum L., caule repente: foliis obovatis denticulatis emarginatis: capitulis subrotundis pedunculatis, pedunculis petiolo longioribus: calycibus sericeis dentibus subulatis. *Icon. Vaillant, Tab. 22. fig. 2.*

h. H. Annuum.

Obs. Calyces floriferi quinquedentati: fructiferi bidentati in utrisque speciebus.

4. *Vexillis corollae inflexis persistentibus.*

agrarium L., capitulis ovalibus aphyllis: pedunculis foliis longioribus: stipulis minutis ovatis acutis: foliis cuneatis emarginatis denticulatis, foliolo impari petiolato. *Pollich. Pal. n. 707.*

h. frequens in agris prope Wehrda. Annuum.

aureum, capitulis ovalibus aphyllis: pedunculis foliis longioribus: stipulis lanceolatis acutis longitudine petiolorum: foliolo impari sessili: caule erecto: pericarpio monospermo. *Pollich. Pal. n. 708.*

h. ad margines agrorum prope Ellenhausen. Annuum.

spadiceum L., capitulis oblongis defloratis ferrugineis: caule erecto: stipulis lanceolatis: calycibus pilosis: foliis elliptico-lanceolatis obtusis denticulatis.

h. in pratis humidis prope Rhoda am Burgwald. Annuum.

procumbens L., caule procumbenti: stipulis ovatis acuminatis, margine revolutis: foliis obovatis denticulatis emarginatis, foliolo impari petiolato: capitulis ovalibus aphyllis: pedunculis foliis longioribus: pericarpis monospermis.

h. frequens in pratis et agris. Perennans.

filiforme L., caule subrecto filiformi: stipulis ovatis longitudine fere petiolorum: foliis cuneatis emarginatis denticulatis: capitulis ovalibus paucifloris nudis: calycibus pedicellatis.

h. copiose in pratis. Perennans.

RUTERIA. *Medicus. Phil. Bot. Fasc. 1. p. 208.*

Calyx involucratus, subovatus, persistens, glandulis pellucidis adpersus, quinquefidus: laciniis quatuor sub vexillo aequalibus: ima sub carina longissima. Involucrum tubulosum bilabiatum: labio inferiori integro: superiori bifido. Corolla papilionacea. Vexillum obovatum retusum erectum: alae longitudine vexilli: carina brevior ungue bifido. Stamina decem: novem connata: superum liberum. Stylus seraceus. Stigma simplex. Pericarpium oblongum monospermum. Semen compressum nitidum.

pinnata, foliis pinnatis, pinnis linearibus: floribus congestis axillaribus caeruleis: pedicellis unifloris, foliis brevioribus: caule fruticoso. *Psoralea pinnata* Linn. *Bergius Pl. Cap. p. 218. Icon. Herm. Lugd. Bat. p. 273.*

h. in frigidario. Frutex.

PERICARPIUM UNILOCULARE POLYSPERMUM.

SECURIDACA. *Tournef. Tab. 224. Gaertner.*

II. p. 337. Tab. 153.

Calyx semiquinquefidus. Corolla papilionacea: vexillum rotundatum reflexum. Stamina decem, unum liberum. Pericarpium leguminiforme, falcatum, apice tubulatum, compresso planum. Semina compressa quadrangula, utrinque retusa.

legitima, foliis pinnatis: floribus umbellatis, corollis depressis. *Coronilla securidaca* Linn.

Securidaca vera. Morison II. Sect. 2. Tab. 6. fig. 10.

h. H. Annua.

MEDICAGO. *Tournef. Tab. 231. Linnaei.*

species.

Calyx subcylindricus, quinquefidus. Corolla papilionacea: carina a vexillo deflectens. Stamina decem, unum

H 2

liberum

liberum. Pericarpium leguminiforme lunulatum. Foliis ternis.

arborescens L., caule arboreo: foliis cuneiformibus, integerrimis, emarginatis, acuminatis: floribus racemosis: pericarpis glabris margine integris.

Medica frutescens incana filiqua plana falcata. *Morison. ii. Sect. 2. Tab. 16. fig. 4.*

h. in frigidario. Arbor.

radiata L., foliis oblongis acute dentatis: pedunculis bifloris foliis longioribus: pericarpis glabris margine dentatis, seminibus rugosis.

Medica annua filiqua falcata striata. *Morison. ii. Sect. 2. Tab. 16. fig. 3.*

h. H. Annua.

MEDICA. *Tournef. Tab. 231. Halleri Hist.*

Medicago Linn.

Calyx, corolla, stamina, stylus prioris. Pericarpium cochleatum ac spiraliter contortum. Foliis ternatis.

fativa, caule erecto: foliis obtusis, apice dentatis acuminatis: floribus caeruleis racemosis: pericarpis planis levibus, duplicato contortis. *Medica fativa L.*

Medica falcata fativa filiqua cornuta magis tortili flore violaceo. *Morison. ii. Sect. 2. Tab. 16. fig. 2.*

h. in Koelber Wald. Perennis.

lupulina, caule diffuso: foliis ovalibus dentatis: spiciis ovalibus: corollis minutis: pericarpis subhispidis.

h. frequens in pratis. Biennis.

scutellata, caule diffuso: foliis ovalibus dentatis: pedunculis tri-quinquefloris: stipulis dentatis: pericarpis cochleatis compressis margine integris. *Icon Morison, Hist. ii. Sect. 2. Tab. 15. fig. 4.*

h. H. Annua.

cornata, caule diffuso, angulato: foliis imis obovatis superioribus lanceolatis, acute dentatis, utrinque laevibus: pedunculis 3 - 5 floris: pericarpis cylindricis, utrinque planis, laevibus, inermibus. *Rhezii Obs. Fasc. 11. p. 26. Icon. Morison 11. Sect. 2. T. 15. fig. 4.*

h. H. Annua.

bimuricata, caule diffuso striato: foliis obovatis subdentatis: stipulis ciliato-laceris; pedunculis 3 - 7 floris: pericarpis anfractibus disiunctis, margine bimuricatis. *Rhezii Obs. Fasc. 11. p. 26.*

h. H. Annua.

intertexta, caule diffuso angulato: foliis obovatis dentatis, utrinque laevibus: pedunculis 3 - 5 floris: pericarpis sphaericis, margine bispinosis, spinis divaricatis, utrinque tendentibus. *Rhezii Obs. Fasc. 11. p. 26. Icon. Morison 11. Sect. 2. Tab. 15. fig. 7, 8, 9.*

h. H. Annua.

incana, caule diffuso angulato: foliis obovatis dentatis: stipulis dentatis ciliatis: pedunculis 5 - 6 floris; pericarpis rotundis utrinque depressis subincanis margine bispinosis, spinis divaricatis, apice hamatis. *Icon. Morison. Hist. 11. Sect. 2. Tab. 15. fig. 11. Medicago muricata Linn.*

rigidula, caule diffuso: stipulis lanceolatis dentatis, dentibus subulatis: foliis obovatis ferrulatis: acuminatis, pedunculis 6 - 10 floris; pericarpis oblongis, spinis divaricatis subhamatis.

h. H. Annua.

PERICARPIUM ARTICULATUM POLYSPERMUM.

HEDYSARUM. *Tournef. Tab. 225. Gaertner.*

11. p. 346. Tab. 155. Linnæi species

Calyx semiquinquefidus. Corolla papilionacea carina transverse obtusa. Stamina decem supremum liberum. Stylus unus. Pericarpium compressum leguminiforme: articulis

culis monospermis catenulatis affixis, muricatis, rhombeis ovatisque.

ochroleucum, corollis minutis ochroleucis: caule suffruticoso: foliis simplicibus ovatis: petiolis stipulatis: floribus racemosis, racemis simplicibus: staminibus corolla longioribus: calycibus rubellis, pericarpis ovatis subscabris. *Hedysarum gangeticum* L. *Icon. Burmann. Zeyl. Tab. 49. fig. 2.*

h. in caldario. Fruticulus.

scabrum, foliis ternatis simplicibusque: foliolis scabris lanceolatis acuminatis margine ciliatis: petiolis stipulatis: floribus rubris racemosis: racemis simplicibus: pericarpis asperis rhombeis: caule levi striato. *Hedysarum canadense* L.

Onobrychis canadensis triphyllis articulato semine triquetro. *Morison. II. Sect. 2. T. II. fig. 9.*

h. H. Perennis.

paniculatum L., caule erecto subscabro: foliis ternatis lineari-lanceolatis: floribus purpureis racemoso-paniculatis: pericarpis rhombeis asperis.

h. H. Perennis.

coronarium L., caule diffuso: foliis pinnatis: pinnis ovatis, superne glabris, inferne subpilosis pallidioribus: vexillum erectum, alae horizontales longitudine carinae: pericarpis ovatis scabris.

h. in frigidario. Perennis.

Obs. Variat corollis rubris et albis.

flexuosum L., caule diffuso divaricato: foliis pinnatis, pinnis ovatis: floribus purpureis: pericarpis ovatis undulatis iunctis, scabris.

Onobrychis maior annua, siliculis articulatis asperis clypeatis undulatis iunctis: flore purpureo rubente. *Morison. Hist. II. p. 230. Icon. Append. Sect. 2. Tab. 23.*

h. H. Annua.

FERRUM EQUINUM. *Tournef. Tab. 225. Hippocrepis. Linnæi gen. n. 1200.*

Calyx quinquedentatus. Corolla papilionacea. Stamina decem, supremum liberum. Stylus unus. Pericarpium lineare compressum membranaceum, articulis incurvis monospermis : semine incurvo.

uniflorum, foliis pinnatis, pedunculis axillaribus unifloris solitariis. *Hippocrepis unifiliquosa L.*

Ferrum equinum siliqua singulari. *C. Baub. Morison. n. Sect. 2. Tab. 10. fig. 1.*

h. H. Annua.

multiflorum, foliis pinnatis, pedunculis multifloris umbellatis. *Hippocrepis multifiliquosa. L.*

Ferrum equinum siliqua multiplici. *Morison. n. Sect. 2. Tab. 10. fig. 2.*

h. H. Annua.

SCORPIOIDES. *Tournef. Tab. 226. Scorpiurus. Linn. gen. n. 1201. Gaertner. II. p. 345. Tab. 155.*

Calyx quinquefidus. Corolla papilionacea. Stamina decem : quinque longiora sub antheris clavata : quinque breviora aequalia. Pericarpium teretiusculum, spirali involutum, ad semina nodosum, et quasi articulatum, muricatum.

vermiculata, pedunculis 1-2floris, foliis lanceolatis : pericarpis arcte involutis sulcatis, sulcis squamis apice membranaceis obtusis tectis. *Scorpiurus vermiculata. L. Icon. Moris. Hist. n. Sect. 2. Tab. 11. fig. 3.*

h. H. Annua.

sulcata, pedunculis 3-4floris : foliis lanceolatis : pericarpis sulcatis laxè involutis, sulcis extrorsum spinis rubellis distinctis. *Scorpiurus sulcata. L.*

Scor-

Scorpioides bupleuri foliis corniculis asperis minus contortis. *Morison. 2. Sect. 2. Tab. 11. fig. 1.*

h. H. Annua.

CORONILLA. *Tournef. Tab. 419. Gaertner.*

II. p. 344. *Tab. 155. Linnæi species.*

Calyx bilabiatus: labio superiori bidentato: dentibus conniventibus: inferiori tridentato. Corolla papilionacea. Stamina decem, supremum liberum. Pericarpium subcylindricum ad articulos secedens. Semina cylindrica utrinque obtusa.

glauca L., caule fruticoso: foliis pinnatis, pinnis 5-7 cuneatis obtusissimis, acuminatis: stipulis lanceolatis: floribus umbellatis depressis luteis, alis supra conniventibus, inferne hiantibus. *Rhezii Obs. Fasc. 1. p. 20.*

h. in frigidario. Frutex.

varia L., caule herbaceo diffuso, sulcato fistuloso scabro: foliis pinnatis, pinnis lineari lanceolatis obtusis acuminatis: floribus umbellatis: staminibus ad medium usque connatis: pericarpis erectis.

Polygala dumetorum maior flore vario. Morison. II. Sect. 2. Tab. 10. fig. 4.

h. H. Perennis.

Sesban, caule herbaceo erecto levi, pinnis linearibus obtusis, racemis axillaribus paucifloris, foliis brevioribus, pericarpis levibus subnutantibus. *Aeschynomene Sesban. Linn. Vahl symbolae. 1. p. 54.*

Emerus filiquis geminatis longissimis. *Burmanni Zeyl. p. 93. icon. Tab. 41.*

Foliorum pinnae parium 12-14: pericarpiorum articuli utrinque angustatae. Corolla lutea: vexillo rubro maculato. Ab *Aeschynomene* plane differt.

h. H. Annua.

parvi.

parviflora, caule herbaceo diffuso piloso scabro: foliis pinnatis, pinnis obovatis obtusis acuminatis: pedunculis striatis pilosis scabris: flores albi umbellati depressi: carina apice atropurpurea: pericarpia erecta incurva. *Coronilla cretica* Linn.

h. H. Annua.

ORNITHOPODIUM. *Tournef. Tab. 224. Ornithopus. Linnæi gen. n. 1199. Gaertner. II. p. 345. Tab. 155.*

Calyx tubulosus quinquedentatus. Corolla papilionacea. Stamina decem, supremum liberum. Pericarpium, arcuatum, glabrum: aticulis monospermis secedentibus.

compressum, foliis pinnatis, pinnis oblongis acutis pilosis: floribus luteis 3 - 5 terminalibus subsessilibus folio unico cinctis: pericarpis compressis rugosis apice hamatis.

Ornithopus compressus L.

h. H. Annua.

triphyllum, caule erecto: foliis ternatis subsessilibus impari maximo: pedunculis nudis 3 - 4floris: floribus luteis: pericarpis levibus teretibus. *Ornithopus scorpioides* L.

Scorpioides portulacae folio. *Morison. II. Sect. 2. Tab. II. fig. 5.*

h. H. Annua.

PERICARPIUM TORULOSUM.

ARACHIDNA. *Plumer. Arachis. Linn. gen. n. 1177. Gaertner. II. p. 302. Tab. 144.*

Calyx bilabiatus, labio superiori semitrifido: inferiori integro longiori. Corolla papilionacea. Stamina decem omnia connata. Vexillum maximum alae carinaque regens. Pericarpium coriaceum oblongum teretiusculum nervis reticulatum uniloculare bispermum.

hypo-

hypogoea L., foliis pinnatis: pinnis obovatis 4-5: floribus luteis solitariis pedunculatis, omnibus hermaphroditis. *Arachidnoides*. *Niffole Aët. Paris. 1723. Ed. Germ. p. 267. Icon. Tab 16. Halleri H. Goett. p. 287.*

h. H. Annua.

PERICARPIUM DUPLICATUM.

ONOBRYCHIS. *Tournef. Tab. 211. Gaertner.*

II. p. 318. *Tab. 148. Hedysarum Linn.*

Calyx quinquepartitus, laciniis linearibus acutis. Corolla papilionacea: carina rectangula, alis brevissimis. Stamina decem, supremum liberum. Pericarpium uniloculare aculeatum, cribrose corticatum, mono-bispermum.

spicata, caule erecto: foliis pinnatis: floribus spicatis, corollarum alis calycem aequantibus: pericarpis monospermis: aculeis simplicibus *Hedysarum onobrychis* L.

h. H. Perennis.

Caput galli, caule diffuso: foliis pinnatis: alis corollarum brevissimis: pericarpis monospermis cristis aculeis simplicibus. *Hedysarum caput galli* Linn. *Roth Beytr. 1. p. 40.*

Onobrychis maior fructu echinato minore. *Morison. II. Sect. 2. Tab. 11. f. 10.*

h. H. Annua.

Crista galli, caule diffuso: foliis pinnatis: racemis paucifloris: pericarpis bispermis, cristis aculeis inaequalibus, latis compressis apice dentatis. *Hedysarum crista Galli* L. *Roth. Beytr. 1. p. 40.*

Onobrychis minor fructu echinato maiore. *Morison. II. Sect. 2. Tab. 11. fig. 11.*

h. H. Annua.

3. Capsula

3. *Capsula* *f. litaria unilocularis.*

TAMARISCUS. *Tournef. Inst. 661. Halleri Hist. 1. p. 408. Medicus Bot. Beob. 1782. p. 162. Familia Malv. p. 113. Allione Fl. Pedem. 11. p. 87. Tamarix. Linn. Gaertner. 1. p. 291. Tab. 61.*

Calyx profunde quinquefidus persistens laciniis aequalibus acutis. Corolla pentapetala. Stamina quinque-decem connata. Stylus unus. Capsula triquetra, trivalvis polysperma. Receptacula parietalia. Semina crinita.

pentandra, floribus pentandris: racemis dense floriferis: bracteis pedunculis brevioribus: stylo superne bifido: capsula calyce aequali. *Tamarix gallica L.*

h. H. Frutex.

decandra, floribus decandris: racemis laxe floriferis: bracteis pedunculis longioribus: stylo integro: stigmate capitato: capsula calyce triplo longiori. *Tamarix germanica L. Icon. Oederi. Tab. 233.*

h. H. Frutex.

TRIFOLIASTRUM.

Calyx tubulosus quinquedentatus persistens. Corolla papilionacea. Stamina decem, supremum liberum. Capsula rotunda, acuminata, apice dehiscens, bivalvis, bisperma. Seminibus rotundis.

caeruleum, floribus capitatis, capitulis defloratis elongatis: foliis ternatis, foliolis lanceolatis serratis acuminatis. *Melilotus caerulea Linn.*

Melilotus maior odorata violacea. *Morison. 11. Sect. 2. Tab. 16. fig. 10.*

h. H. Annua.

Obs. A melilotis figura fructus differt

Capsu-

Capsulae uniloculares connatae.

PELARGONIUM. *Dillenii.* *Geranium.* *Linn.*

Cavanilles. Diff. V.

Calyx tubulosus persistens, quinquepartitus, lacinia superiore latiore crecta. Corolla decidua 4-5petala: petalis duobus superioribus longioribus. Stamina decem basi connata septem antheriferae, tres steriles. Clavulae nullae. Canaliculus per pedunculum excurrentis. Stylus pyramidalis persistens. Stigmata quinque reflexa. Capsulae quinque monospermae, basi acutae, aristatae, arista tortili, barbata.

I. *Folia zonato-maculata.*

zonale, caule fruticoso: foliis reniformibus, crenatis, obtuse lobatis, zona nigricante: floribus umbellatis: foliolis calycinis inferioribus reflexis: petalis cuneatis striatis calyce latioribus. *Ehrhart Beytr. Fasc. VII. p. 163. Geranium zonale L. Cavanilles n. 324.*

Variat petalis kermesinis et roseis.

h. in frigidario. Frutex.

tetragonum, caule tetragono fruticoso nudiusculo: foliis reniformibus lobatis, crenatis deciduis zona fusca: pedunculis bifloris: foliolis calycinis inferioribus reflexis: corolla tetrapetala: petalis duobus superioribus maioribus ovato-oblongis striatis: duobus inferioribus lanceolatis minoribus: staminibus, styloque declinatis. *Geranium tetragonum L. Suppl. Pl. p. 305. Roth Beytr. p. 51. cum icone Tab. XII. Cavanilles n. 325.*

h. in frigidario Frutex.

alchimilloides, caule herbaceo piloso: foliis orbiculatis quinquepartitis, pilosis, lobis apice dentatis, dentibus acutis: umbellis longissimis: pedunculis fructiferis deflexis: calycis laciniis inferioribus rectis: petalis carneis. *Geranium alchi-*

alchimilloides L. *Cavanilles* n. 330. *Icon. Hermann. Lugd. Bat. p. 283.*

h. in frigidario. Perennis.

2. *Folia immaculata indivisa.*

coccineum, caule fruticoso: foliis reniformibus crenatis, crenis obtusis, glanduloso-pubescentibus: umbella multiflora: foliolis calycinis patentibus: petalis coccineis obovato-cuneatis. *Ehrhart Beyr. Fasc. VII. p. 162, Geranium hybridum* L. *Cavanilles* n. 341.

h. in frigidario. Frutex.

cucullatum, caule fruticoso: foliis rotundo-ovatis dentatis, cucullatis: umbella pauciflora: foliolis calycinis patentibus: petalis cuneiformibus, violaceo-purpureis, duobus superioribus stibus ramosis atro purpureis. *Geranium cucullatum* L. *Cavanilles* n. 345.

Planta tota pubescens pilosa: dentibus foliorum apicibus rubris.

h. in frigidario. Frutex.

3. *Foliis ternatis vel lobatis.*

acetosum, caule fruticoso: foliis cuneato-ovatis sublobatis, crenatis, glabris, crenis acutis, tubus quinquenerviis: umbellis paucifloris: foliolis calycis inferioribus reflexiusculis: petalis sublinearibus striatis. *Ehrhart Beyr. Fasc. VII. p. 160. Geranium acetosum* Linn. *Cavanilles* n. 340.

h. in frigidario. Frutex.

odoratissimum, caule carnosissimo brevissimo: ramis herbaceis: foliis mollissimis cordatis, sublobatis, crenatis, crenis obtusis, fragrantissimis: petalis linearibus albis. *Geranium odoratissimum* L. *Cavanilles* n. 346.

h. in frigidario. Frutex.

inqui-

inquinans, caule fruticoso: foliis cordatis orbiculatis, crenatis, crenis obtusis sublobatis, tomentoso-glandulosis: umbella multiflora: foliolis calycis patentiusculis: petalis obovatis kermesinis. *Ehrbart Beytr. Fasc. VII. p. 162. Geran. inquinans L. Cavanilles n. 350.*

h. in frigidario. Frutex.

papilionaceum, caule fruticoso piloso: foliis cordatis piloso-scabris, sublobatis crenatis, rugosis: umbella multiflora: foliolis calycis inferioribus reflexis: petalis duobus superioribus oblongis retusis: tribus inferioribus linearibus calyce brevioribus. *Geran. papilionaceum L. Cavanilles n. 351.*

h. in frigidario. Frutex.

vitifolium L., caule fruticoso piloso scabro: foliis subcordatis trilobatis, undatis, crenatis villosis, utrinque scabris: crenis apice rubellis: floribus subsessilibus capitatis congestis: calycis foliolum supremum caeteris latius: petalis carnis, superioribus duobus venis purpureis. *Geran. vitifolium L. Cavanilles. n. 352.*

Odor Melissae vehemens.

h. in frigidario. Frutex.

capitatum, caule fruticoso piloso pubescenti: foliis cordatis quinquelobatis undatis, dentatis, utrinque pubescentibus pilosis: umbella simplex conferta: floribus pedunculatis: petalis incarnatis, superioribus venis ramosis purpureis. *Geran. capitatum L.*

Geranium Africanum frutescens, malvae folio laciniato odorato. *Herm. Lugd. Bat. p. 277. icon. p. 278.*

Odor Melissae.

h. in frigidario. Frutex.

grossularioides, caulibus diffusis herbaceis, supra planis, subtus striatis rubellis: foliis cordatis subrectundis, incis, dentatis: pedunculis elongatis bi-trifloris: petalis rubellis minutis. *Geran. grossularioides L. Cavanilles n. 353.*

h. in frigidario. Perennis.

fulgidum

fulgidum, caule fruticoso carnosio: foliis tripartitis incis, lacinia intermedia maiore: umbellis geminis multifloris: calycis foliolum supremum latius: petalis obovatis coccineis. *Geran. fulgidum* L. *Cavanilles n. 368.*

h. in frigidario. Frutex.

4. *Foliis pinnatis.*

triste, acaule, radice tuberosa: foliis pinnatis in petiolum decurrentibus, pinnis pinnatifidis acutis: umbella multiflora simplex: petalis subaequalibus atro-maculatis, noctu olentibus. *Geran. triste* Linn. *Cavanilles. n. 386.*

h. in caldario. Perennis.

radula, caule fruticoso: foliis profundissime multifidis, laciniis linearibus pinnatifidis linea exaratis: umbellis paucifloris: calycis foliolum supremum, et duo infima ovato-lanceolata, duo lateralia lanceolata: petala carnea striata. *Cavanilles n. 388.*

h. in frigidario. Frutex.

Obs. Folia in plantis teneris maiora, in adultis minora. Tota planta odorem terebinthini vehementem trita spirat.

myrrhifolium, radice tuberosa: caule diffuso herbaceo: foliis pinnatifidis emaculatis, laciniis oblongis incis: umbellis paucifloris: floribus 2-4: calycis foliolum supremum latius: petala 4 raro 5, carnea rubro-striata.

Geranium Africanum tuberosum, anemones folio, flore incarnato. *Hermann. Par. Bat. p. 179. cum bona icon. p. 178.*

h. in frigidario. Perennis.

Distincta est planta, quam *Linnaeus* sub nomine *Ger. coriandrifolii* proposuit. Haec est annua, et foliorum lacinae cerebriores lineares, cuius icon. in *Herm. Hort. Lugd. Bat.* bene expressa fuit. *Cavanilles* igitur male has coniunxit diverfas species.

gibbosum, caule fruticoso carnosio, geniculis gibbosis: foliis pinnatis, glaucis: extrema trilobata: umbella multiflora: petalis subaequalibus luteo-viridibus. *Geranium gibbosum* L. *Cavanilles* n. 393.

Geranium africanum noctu olens tuberosum et nodosum, *Herm. Lugd. Bat.* p. 284. *icon.* p. 283.

h. in frigidario. Frutex.

Capsula trilocularis.

HYPERICUM. *Tournef. Tab.* 131. *Gaertner.*

I. p. 300. *Tab.* 62. *Linnaei species.*

Calyx quinquepartitus. Corolla pentapetala. Stamina plurima basi in fasciculis conuata. Styli tres. Capsula pyramidata trivalvis. Dissepimenta duplicata ex inflexis valvularum marginibus: localis polyspermis.

hircinum L., caule fruticoso ancipiti: foliis sessilibus ovatis: pedunculis superne incrassatis, bracteatis: bracteis duobus oppositis: laciniis calycis ovatis acutis: petalis calyce longioribus. Stam. petalis longioribus. *Icon Weinmanni Tab.* 590. *lit. b.*

h. H. Fruticulus.

prolificum L., caule ancipiti fruticoso: foliis lanceolato-linearibus, acuminatis, subpetiolatis: floribus primordialibus sessilibus: staminibus petalis aequalibus.

h. H. Frutex.

acutum, laciniis calycis lanceolatis acutis: petalis flavis aequalibus: caule herbaceo quadrato: foliis ovatis perforatis. *Hypericum quadrangulare* L.

h. ad fossas. Perennis.

obtusum, calycis laciniis ovatis obtusis: petalis luteis longioribus: caule herbaceo quadrato: foliis ovatis non perforatis. *Hypericum dubium* Leersii. Fl. Herborn. n. 594.

h. in pratis humidis prope dem Neubof in der Lummersbach. Perennis.

officinarum, caule herbaceo ancipiti ramosissimo: foliis ovatis perforatis: calycis laciniis lanceolatis acutis petalis brevioribus. *Hypericum perforatum*. Linn. Icon. Blakwell.

Tab. 15.

h. frequens in pratis. Perennis.

humifusum L., caulibus ancipitibus prostratis filiformibus: foliis ovatis: laciniis calycis serratis ovatis obtusis: floribus axillaribus terminalibus. Icon. Oederi. T. 141.

h. ad vias, inque pratis ficcis. frequens ad viam regiam inter urbem et Koelbe. Perennis.

confertum, floribus confertis terminalibus: caule tereti levi, erecto, superne nudiusculo: foliis ovatis margine nigropunctatis: calycibus serrato-glandulosis acutis. *Hypericum montanum* L. Icon. Oederi. Tab. 173.

h. passim in sylvis. Im Koelber Wald, an der Kirchsitz, an der Schneisse bey Gieselberg. Perennis.

hirsutum L., caule erecto tereti villoso: foliis oblongis pubescentibus: laciniis calycis lanceolatis glanduloso-serratis: floribus paniculatis axillaribus terminalibusque.

Androsacmum alterum hirsutum. Morison. 11. Sect. 5. Tab. 6. fig. 11.

h. in sylvis cum priori. Perennis.

pulchrum L., caule tereti erecto levi simplici: foliis levissimis cordatis amplexicaulibus: laciniis calycis ovatis acutis: floribus paniculatis terminalibus. Icon. Oederi. T. 75.

h. copiose im Koelber Wald. Perennis.

coris L., caule subrecto: foliis senis linearibus: pedunculis verticillatis: 2 - 3 - 5 floribus: laciniis calycis oblongis

longis obtusis, serrato-glandulosis: petalis calyce maioribus.
Bot. Magazin. VII. p. 178. Icon. Tab. IV.

h. H. Perennis.

Capsula quinquelocularis.

ASCYRUM. *Tournef. Tab. 131. Hypericum
 Linnæi.*

Calyx quinquepartitus. Corolla pentapetala. Stamina plurima basi fasciculatim connata. Styli quinque. Capsula pyramidata quinquevalvis loculis polyspermis.

coriaceum, caule fruticoso decumbenti: foliis ovato-oblongis coriaceis: floribus terminalibus solitariis. *Hypericum calycinum L. Icon. Giseke Fasc. 1. Tab. 18.*

h. H. Perennis.

tetragonum, caule tetragono herbaceo erecto: foliis amplexicaulibus cordato-lanceolatis obtusis: laciniis calycis oblongis: staminibus petalis brevioribus: petalis deciduis: floribus paniculatis terminalibus. *Hypericum Ascyrum. L.*

h. H. Perennis.

4. *Legumen enode non inflatum.*

SPARTIUM. *Tournef. Tab. 411.*

Calyx campanulatus, bilabiatus, labiis ovatis: superiori bidentato: inferiori tridentato, margine membranaceo arido. Corolla papilionacea, vexillo patenti lateribus inflexis: alae vexillo breviores longitudine carinae apice conniventes: carina obtusa e basi supra medium bifida. Stamina decem omnia connata. Stigma leve capitatum. Glandulae nullae. Legumen oblongum 1-2spermum.

dispermum, caule fruticoso erecto ramosissimo, ramis erectis alternis striatis: foliis simplicibus lanceolatis sparsis: floribus axillaribus, solitariis geminisve: legumen pilosum.

Spar-

Spartium dispernum, Bot. Magazin. Fasc. XI. p. 35. Icon. Tab. 2.

h. in frigidario. Frutex.

Obs. A *Spartio* Linnaei figura corollae, styli, leguminisque plane diversa, neque cum *Genista* aliisque generibus convenit.

LENS. Tournef. Tab. 210. Halleri Hist. 1.

p. 183 *Ervum*. Linn.

Calyx quinquefidus: laciniis subulato linearibus, longitudine fere corollae. Corolla papilionacea. Stamina decem supremum liberum. Stylus glaber. Stigma simplex. Legumen subinflatum lato oblongum. Semina compressa subrotunda.

esculenta, pedunculis subtrifloris: stipulis integris: foliis pinnatis: seminibus concoloribus. *Ervum Lens* L.

Colitur in agris.

monantha, pedunculis unifloris: stipulis multifidis: foliis pinnatis: seminibus maculatis. *Ervum monanthos*. L.

h. H. Annua.

GLYCYRRHIZA. Tournef. Tab. 210. Gaert-

ner. II. p. 319. Tab. 148. Linnaei species.

Calyx tubulosus basi externe gibbus, quinquepartitus: laciniis subaequalibus. Corolla papilionacea: vexillum integrum lateribus deflexum, alas et carinam includens et longius: alae conniventes: carina bifida. Stamina decem ad medium usque connata. Stylus unus. Stigma simplex. Legumen oblongum hispermuum.

echinata L., leguminibus echinatis: foliis pinnatis: pinnis lanceolatis: impari petiolato: stipulis parulis apice deflexis: floribus axillaribus capitatis: calycibus punctis glandulosis adspertis.

h. H. Perennis.

VIBORGIA.

Calyx campanulatus, subventricosus bilabiatus: labio superiori bifido: inferiori integro tridentatove dentibus oblitteratis. Corolla papilionacea: vexillo ovato assurgenti lateralibus reflexo, emarginato: alis vexillo brevioribus obtusis: carina ventricosa longitudine alarum, fere usque ad apicem bifida. Stamina decem ad medium usque connata. Antherae omnes aequales. Stylus simplex. Stigma obtusum. Legumen lineare subcompressum.

hirsuta, leguminibus hirsutis erectis: caule fruticoso: ramis erectis: foliis ternis: foliolis lanceolatis nudis: floribus axillaribus subpedunculatis, 2 - 3 erectis: corollis luteis.

An *Cytisus glaber Linnaei*? quocum convenit dentis floribus pendulis.

h. H. Frutex.

supina, floribus umbellatis terminalibus erectis: ramis decumbentibus: foliis ternis ovatis pilis utrinque adpressis: corollis luteis. *Cytisus supinus Linn.*

h. H. Frutex.

Calyx hirsutus. Legumina hirsuta.

Novum genus cuius figura calycis et corollae a *Cytisus* plane discrepat. Huc pertinent *Cytisus L. hirsutus*, austriacus. c. a.

In memoriam *Erici Viborgii* Auctoris descriptionis plantarum ad arenam mobilem colendam utilium.

GENISTOIDES.

Calyx bilabiatus tubulosus: labio superiori bifido: inferiori tridentato. Corolla papilionacea: vexillum ovatum erectum: alae carinaeque dexterae: carina alis paulo longiori, longitudine vexilli. Stamina decem omnia connata vexillo inclusa vel horizontalia. Stylus glaber incurviusculus.

Stigma

Stigma obtusum. Legumen lineare subcompressum polyspermum.

tinctoria, caule fruticoso decumbenti: foliis lanceolatis glabris: ramis teretibus striatis erectis: floribus spicatis. *Genista tinctoria*. L.

h. copiose in pratis siccis. Perennis.

elata, caule fruticoso erecto virgato: foliis lanceolatis glabris: ramis teretibus striatis erectis: floribus paniculato-spicatis. *Genista Sibirica*. L.

Obs. Caulis orgyalis.

h. H. Frutex.

tuberculata, caule decumbenti fruticoso tuberculato: foliis lanceolatis pilosis, obtusis: floribus spicatis: genitalibus horizontalibus. *Genista pilosa*. L.

h. am Labenberg am Weg nach dem Frauenberg. copiose am Christenberg prope Münchhausen, bey Bracht. Fruticulus.

GENISTELLA. Tournef. Tab. 644.

Calyx tubulosus bilabiatus: labio superiori bipartito: inferiori tridentato. Corolla papilionacea: vexillo alis carinaeque incumbenti: carina dipetala: petalis longitudine aequalibus. Stamina decem omnia connata. Legumen lineare subteres 4 - 6spermum.

racemosa, ramis membranaceis: foliis ovatis: floribus racemosis erectis, subsessilibus bracteatis. *Genista sagittalis*. Linn. Icon. Camer. hort. Tab. 13.

h. H. Fruticulus.

Figura corollae a Genistis Linn. tam diversa, quare sub eodem genere nequit militari.

SCORPIUS. *Clusii.*

Calyx campanulatus bilabiatus: labio superiori bidentato: inferiori tridentato. Corolla papilionacea: vexillum ovatum erectum lateribus reflexum: alae brevissimae: carina dipetala vexillo alisque longior stamina decem omnia connata cum stylo includens. Legumen aequale bi-tetraspermum.

spinosus, caule fruticoso erecto ramoso: ramis senioribus spinosis: spinis compositis, junioribus inermibus: foliis lanceolatis: floribus spicatis. *Genista germanica* Linn.

h. copiose in arenosis montis Lahuae. Frutex.

OROBUS. *Tournef. Tab. 214. Linnaei gen. n. 1185. Gaertner. 11. p. 327. Tab. 151.*

Calyx tubulosus quinquedentatus: dentibus superioribus conniventibus brevioribus. Corolla papilionacea: vexillo obcordato. Stamina decem, supremum liberum. Stylus linearis. Stigma superne villosum. Legumen teretiusculum polyspermum. Semina subrotunda.

vernus L., foliis pinnatis, pinnis ovatis: vexillo calloso: caule simplici: stipulis semifagittatis.

Orobus sylvaticus purpureus vernus.. *Morif. 11. Sect. 2. Tab. 7. fig. 10.*

h. in sylvis am Rhinberg prope Caldern. Perennis.

tuberosus L., radice tuberosa: caule simplici alato: foliis pinnatis: pinnis parium 2-3 4ve lanceolatis: petiolo alato acuminato: stipulis semifagittatis integerrimis: racemis paucifloris subsecundis. *Icon. Thalii herb. Tab. 1.*

8. foliis linearibus. *Orobus tenuifolius. Rotb. Eytz. 1. p. 78. eiusdem Bot. Abhandlungen p. 10*

h. frequens in sylvis ubique 3 imprimis prope Pauerbach. Perennis.

niger L., caule subancipiti ramoso: foliis pinnatis pin-
nis ovato-oblongis parium sex: stipulis lanceolatis integer-
rimis.

Orobus sylvaticus viciae foliis. *Morison. III. Sect. 2.*
Tab. 6. fig. 6.

h. H. Perennis.

lathyroides L., caule erecto ramoso subtetragono: an-
gulis duobus productioribus: foliis binis subsessilibus: pe-
tiolo acuminato: stipulis semicordatis dentatis: floribus den-
se racemosis subsecundis.

h. H. Perennis.

CARAGANA. *Jussieu Gen. Pl. p. 395.*

Calyx subcampanulatus quinquedentatus. Corolla pa-
pilionacea: vexillo lateribus reflexo. Stamina decem, su-
premum liberum. Stylus linearis. Stigma glabrum trun-
catum. Legumen tetra-hexaspermum: seminibus subsphae-
ricis.

inermis, petiolis inermibus: foliis abrupte pinnatis: pe-
dunculis simplicibus. *Robinia caragana*. L. *Batsch Ana-*
lysis. Fl. P. I. p. 35 - 41. Tab. 5.

h. H. Frutex.

cuneata, foliis quaternatis: foliolis cuneatis: subpetio-
latis: terminatis spina inermi: pedunculis simplicibus. *Ro-*
binia frutescens. L.

h. H. Frutex.

VICIOIDES. *Vicia* Linn.

Calyx tubulosus quinquedentatus. Corolla papilion-
acea. Stamina decem, supremum liberum. Stylus sub stig-
mate pilosus vel circumcirca barbatus. Legumen teretiuscu-
lum, polyspermum eloculamentosum. Semina ovata.

I. Legu-

1. *Leguminibus glabris.*

Sylvatica, pinnis ovatis obtusis acuminatis: stipulis serrato dentatis: pedunculis elongatis multifloris: floribus nantibus: vexillo patenti: stylo sub stigmatate piloso. *Vicia Sylvatica*. L. *Icon. Halleri Hist. Tab. 12.*

h. H. Perennis.

sepium, axillis subquadrifloris: floribus erectis pedunculatis: pinnis ovatis: stipulis fusco-notatis dentatis. *Vicia Sepium*. L. *Icon Oederi. Tab. 699.*

h copiose in pratis, hortis, sylvis. Perennis.

uncinata, leguminibus linearibus subvillosis uncinatis erectis: pinnis oblongis retusis acuminatis levibus: floribus geminis subsessilibus erectis.

Descr. Radix annua fibrosa. Caulis levis angulatus bipedatis. Stipulae lanceolatae integrae minutae non notatae. Petioli cirrhosi, cirrhis 4 - 6phyllis. Pinnis parium 5 - 6. Flores axillares. Calyx levis, dentibus subulatis longitudine fere corollae. Corolla: vexillum alaeque rubra, carina alba. Legumen 8 - 10sertum, semina rotunda albido-fusca concoloria.

h. H. Annua.

2. *Leguminibus hirsutis.*

lutea, pinnis oblongis retusis acuminatis: corollae vexillis calycibusque glabris: floribus flavis: leguminibus oblongis tantis geminisve pilosis reflexis. *Vicia lutea*. L.

Vicia flore ochroleuco filiquis hirsutis propendentibus. *Morison. Hist. 11. Sect. 2. Tab. 21.*

h. H. Annua.

hybrida, pinnis obovatis pilosis: vexillo villoso: leguminibus solitariis geminisve oblongis villosis: corollis flavis. *Vicia hybrida*. L.

h. H. Annua.

hirsuta,

hirsuta, calycibus leguminibusque hirsutis: pinnis lanceolatis emarginato-acuminatis utrinque pilosis: floribus axillaribus nutantibus: pedunculo brevi 3-4floro: seminibus nigris.

Descriptio. Radix annua fibrosa. Caulis debilis erectus tetragonus striatus tripedalis. Stipulae ovatae acutae integrae notatae. Pinnarum parium 7-8. Pedunculus erectus. Corolla ochroleuca: vexillo extus villosa erecto, striato: alis longitudine vexilli conniventibus: carina breviori. Legumen oblongum 5-6spermum. Seminibus globosis.

An *Vicia pannonica Jacquini*?

h. H. Annua.

striata, pinnis linearibus obtusis acuminatis: stipulis integris notatis: pedunculis axillaribus brevibus trifloris: floribus nutantibus purpureis: vexillo villosa striato: leguminibus villosis.

Descriptio. Radix annua. Caulis debilis erectus 2-3 pedalis, subtetragonus, angulis duobus productioribus. Pinnarum parium 8-12 subtus villosae. Cirrhi triphylli. Calycis dentes setacei, imo longissimo. Corolla: vexillum purpureum erectum emarginatum extus villosum, alae longitudine vexilli. Carina minima albida. Legumen oblongum 5-6 spermum. Seminibus globosis nigro maculatis.

h. H. Annua.

LATHYRUS *Tournef. Tab. 216. Linnaei species. Milleri Illustr. p. 125. Tab. 62.*

Calyx tubulosus, quinquedentatus, dentibus aequalibus, aut duobus superioribus brevioribus. Corolla papilionacea: vexillum ovatum sine corniculis: alae lunulatae breves: carina longitudine alarum, ungue bifido. Stamina decem, supremum liberum. Stylus superne latior obtusus, sub stigmate interne villosus. Stigma simplex. Legumen lineare polyspermum.

angulatus

1. *Pedunculis 1-2-3floris.*

angulatus L., pedunculis unifloris aristatis, cirrhis di-
phyllis, simplicissimisve: foliolis linearibus: leguminibus
erectis: seminibus angulatis.

h. H. Annua.

odoratus L., caule alato, pedunculis bi-trifloris, cum
petiolis scabris: foliis geminis ovatis: stipulis bipartitis lan-
ceolatis: leguminibus hirsutis.

Variat α . corollis vexillo rubro carina alba.

β . — — purpureo, carina rubra.

h. H. Annua.

luteus, corollis luteis: caule alato: foliis geminis ensi-
formibus quinquenerviis lineari lanceolatis: pedunculis uni-
floris: leguminibus subcompressis. *Lathyrus annuus* L.

h. H. Annua.

tingitanus L., caule alato: stipulis semisagittatis: foliis
geminis: pedunculis bifloris: leguminibus dorso latis com-
pressis.

h. H. Annua.

hirsutus L., caule alato: stipulis bipartitis: pedunculis
subtrifloris: foliis geminis: leguminibus hirsutis: seminibus
scabris: floribus purpureis.

Lathyrus arvensis siliquis hirsutis, *Morison. 11. Sect. 2.*
Tab. 2. fig. 8.

h. H. Annua.

2. *Pedunculis multifloris.*

tuberosus L., radice tuberosa: caule tetragono: foliis
binis oblongis: stipulis semisagittatis: dente calycis imo lon-
gissimo: floribus rubris odoratis.

Lathyrus arvensis radice tuberosa repente. *Morif. Hist.*
2. Sect. 2. Tab. 2. fig. 1.

h. in agris inter Rofdorf et Amoeneburgum. Perennis.
prazensis

pratensis L., caule tetragono: stipulis semifagittatis: foliis geminis lanceolatis: cirrhis simplicissimis: floribus luteis. *Icon. Oederi. Tab. 527.*

h. in pratis frequens. Perennis.

sylvestris L., caulis petiolique alatus: foliis geminis ensiformibus trinerviis distantibus: stipulis bipartitis integerrimis. *Icon Oederi. Tab. 325.*

h. in sylvis et pratis montanis. In fossa diaboli prope Wehrda. *Au der Kirchspiz, am Rbinberg prope Caldern.* Perennis.

latifolius L., caule petiolisque alato: foliis binis oblongis trinerviis: stipulis ovatis semifagittatis.

Lathyrus latifolius. *C. Baub. Morison. 11. Sect. 2. T. 2. fig. 3.*

h. H. Perennis.

palustris L., caule scabulato: stipulis lanceolatis auriculatis: foliis pinnatis, pinnis oblongis parium 3-4: vexillum tuberculatum: stigma glandulosum, pellucidum. *Rhezi Obs. 2. p. 24.*

h. H. Perennis.

pisiformis L., caule tetragono: stipulis ovatis semifagittatis basi dentatis: foliis pinnatis: pinnis oblongis parium trium: cirrhis polyphyllis: leguminibus cylindricis glabris.

h. H. Perennis.

NISSOLIA. *Tournef. Inst. p. 656.*

Calyx tubulosus quinquedentatus: dentibus duobus superioribus brevioribus: intermedio inferiorum longissimo. Corolla papilionacea: calli vexilli nulli. Stam. decem, supremum liberum. Stylus ad apicem usque linearis, latere interiore sub stigmate villosus. Stigma simplex. Legumen teres lineare. Semina suborbiculata.

uniflora,

uniflora, pedunculis unifloris raro bifloris: caule subcapituli erecto: foliis simplicibus ensiformibus: stipulis subulatis: cirrhis nullis: leguminibus cernuis. *Lathyrus Nissolia*. L.

Catanance. Dodonaei. *Morison*. 11. Sect. 2. T. 3. f. 7.

h. H. Annua.

A *Lathyris* differt figura styli, ab *Orobis* calyce basi non obtuso.

PHASELLUS. *Medicus. Phil. Bot. Fasc. I.*

Calyx campanulatus bilabiatus: labio superiori bidentato: interiori tripartito. Corolla papilionacea: carina cum staminibus styloque in spiram contorta: lacinia intermedia longiori. Stamina decem. Legumen cylindricum valvis loculentosis polyspermis. Seminibus subcylindricis.

lanatus, seminibus lana involutis: caule volubili: pedunculis subcapitatis: leguminibus levibus. *Phaseolus farinosus* L.

Phaseolus peregrinus Horæ rosco, semine tomentoso. *Nissol. Act. Paris. 1730. Ed. Germ. p. 797. Icon. Tab. 27.*

h. H. Annua.

latbyroides, caule erecto: foliolis oblongis acuminatis: pedunculis elongatis: multifloris: corollis rubris: leguminibus levibus. *Phaseolus latbyroides*. L. *Schwarz Oberv. p. 280.*

h. H. Annua.

scaber, leguminibus erectis leabris: caule erecto hispidulo: floribus subcapitatis: pedunculis hispidis.

Phaseolus minimus fructu viridi ovato siliquis rectis. *Morison. Hist. 2. Sect. 2. Tab. 5. fig. 8.*

Descriptio. Annua. Caulis angulosus bipedalis. Stipulis caulis ovatis acutis, petiolorum lanceolatis. Petio-
lis

lis hispidis. Foliis ternis, ovato-latis, subtus nervis hispidis. Pedunculus communis erectus lineas quatuor longus: pedicelli oppositi. Bracteae duae hispidae longitudine calycis lanceolatae acutae. Calyx glaber. Corolla flavo-viridis. Stylus sub stigmate barbatus. Semina cylindrica utrinque retusa ferruginea vel viridescencia.

h. H. Annua.

PHASIOIUS.

Calyx Phaselli. Corolla papilionacea: Vexillum subrotundum erectum emarginatum. Calli nulli. Alae lineares obtusae conniventes, basi utrinque dente uno: carina subrotunda bifida longitudine vexilli. Stamina decem, supremum liberum. Stylus ascendens basi vel sub stigmate pilosus. Stigma obtusum. Legumen lineare teres loculamentosum polyspermum. Semina ovato-oblonga, utrinque obtusa.

violaceus, vexillum alaeque extus violaceus: caule flexuoso erecto: pedunculis 2-3floris: leguminibus erectis levibus.

Descriptio. Annua. Caulis striatus glaber 2-3pedalis. Foliola ovato-lanceolata acuta utrinque levia. Pedunculus longitudine petiolorum. Flores sessiles pedunculum terminantes. Calyx glaber. Vexillum reflexum intus album: alae horizontales longitudine vexilli: carina alba. Stylus sub stigmate barbatus.

Sem. sub nomine Dolichos Abyssinicus accipi.

h. H. Annua.

semierectus, caule inferne suffrutescenti erecto: dein volubili: floribus spicatis alternis subsessilibus ebracteatis.

Phaseolus semierectus. L.

Descriptio. Radix perennis. Caulis perennis octopedalis. Folia ternata: foliolis oblongis, superne scabris inferne pubescentibus. Spica 4-6flora. Petala omnia flavescentia

scientia: alae carinaque concolores, vexillum rubro-striatum. legumen immaturum lineare.

Carina minime spiraliter contorta, nec vexillum callosum, quare Character et Phascoli et Dolichos *Lin.* minime hic quadrat.

h. in tepidario. Perennis.

FOENUM GRAECUM. *Tournef. Tab. 230. Trigonella. Linnæi. Gaertner. II. p. 332. Tab. 152.*

Calyx campanulatus quinquesidus, laciniis acutis subaequalibus. Corolla papilionacea: vexillum emarginatum. Stamina decem, supremum liberum. Legumen lineari-lanceolatum longissimum acuminatum sutura convexum, polyspermum. Semina rhomboidea.

officinale, floribus axillaribus solitariis sessilibus: leguminibus subfalcatibus undique divergentibus. *Trigonella Foenum graecum. L. Icon. Blakwell. Tab. 38.*

h. H. Annua.

BUCERAS. *Medicus. Phil. Bot. Fasc. 1. p. 203. Trigonella. Linnæi.*

Calyx campanulatus, quinquesidus. Corolla papilionacea. Stamina decem, supremum liberum. Legumen lineare subcompressum transverse striatum curvatum, falcatum. Semina oblonga.

mutica, pedunculis muticis: caule subrecto: foliis subcuneatis dentatis: floribus congestis subsessilibus: leguminibus linearibus longis subcurvatis. *Trigonella polycerata. Linn.*

h. H. Annua.

Spinosa,

spinosa, pedunculis apice spina terminatis: floribus racemosis racemis foliis brevioribus: leguminibus subpedunculatis longis falcatis. *Trigonella spinosa*. L.

h. H. Annua.

grandiflora, pedunculo spina terminato: floribus racemosis, racemis foliis longioribus: leguminibus brevioribus falcatis: caule erecto: foliis obovatis subcrassis. *Trigonella erecta*. L.

Melilotus lutea maior corniculis reflexis spina terminatis. *Morison*. 2. Sect. 2. Tab. 16. fig. 11.

h. H. Annua.

elliptica, foliis ellipticis subpilosis: caule depresso diffuso: floribus subsessilibus: pedunculo spina terminato foliis breviori: leguminibus depressis subfalcatis, *Trigonella monspeliaca*. L.

h. H. Annua.

KROKERIA.

Calyx tubulosus quinquepartitus, laciniis lanceolatis aequalibus acutis. Corolla papilionacea: vexillum subrotundum: alae vexillo breviores sursum conniventes latae: carina ascendens brevis. Stamina decem supremum liberum: ad medium usque connata. Stylus unus. Legumen incurvum compressum gibbum, sutura inferiori profunde sulcatum, polyspermum. Semina subrotunda subcompressa.

oligoceros, caule diffuso terreti piloso: stipulis ovatis: foliolis ternis cuneatis glabris: floribus subtolitariis. *Lotus edulis*. Linn.

Lotus oligoceros cretica lutea, siliquis binis curvis pro-pendentibus. *Morison*. 11. p. 176. Sect. 2. Tab. 18. fig. 5.

h. H. Annua.

Figura fructus plane a *Lotis* diversa.

In memoriam Cl. *Krokeri* Auctoris florae Silesiacae.

LEGU.

LEGUMEN TORULOSUM.

GENISTA. *Tournef. Tab. 411. Spartium Linnaei.*

Calyx campanulatus, inferne tridentatus, margine membranaceo arido. Corolla papilionacea: vexillo tuberculato maximo patenti: alis ovatis obrutis patentibus: carina bifida alis longiori. Stamina decem, ad medium fere omnia connata, declinata. Stylus inflexus, staminibus longior. Stigma compressum. Legumen compressum lineari-lanceolatum, polyspermum.

odorata, caule fruticoso: ramis teretibus alternis oppositisque: foliis simplicibus lanceolatis: leguminibus hirsutissimis. *Spartium iunceum Linn.*

h. H. Frutex.

hirsuta, leguminibus futuris utrinque hirsutis: caule fruticoso: foliis ternatis solitariisque, ramis angulatis: stylo supra medium hirsuto. *Spartium scoparium. Linn. Icon. Oederi. Tab. 313.*

Obs. In nostra regione frutex.

h. copiose ad vias inque sylvis.

CYTISUS. *Tournefort. Tab. 416. Linnaei species.*

Calyx campanulatus basi obtusus, bilabiatus brevis: labio superiori subbifido vel integro: inferiori tridentato: dentibus oblitteratis. ~~Corolla~~ papilionacea. Stamina decem, ~~omnia connata~~. Stylus levis. Legumen oblongum compressum, basi attenuatum, polyspermum.

laburnum L., racemis simplicibus pendulis: foliis ternis, foliolis ovato oblongis.

h. H. Frutex.

angustifolius, foliis ternis foliolis ovato-lanceolatis: racemis simplicibus longioribus pendulis: antheris alternis oblongis, alternis subrotundis. *Cytisus alpinus*. *Milleri*, n. 2.

h. H. Frutex.

nigricans L., floribus spicatis erectis, spica terminali: foliis ternis: foliolis ovato oblongis: labio calycis superiori integro.

h. H. Frutex.

sessilifolius L., racemis erectis: calycibus bracteis triphyllis: foliis ternis, inferioribus caulinis petiolatis: rameis sessilibus antheris alterne oblongis, alterne subrotundis.

h. H. Frutex.

Caian L., racemis axillaribus erectis: foliis ternis. foliolis sublanceolatis tomentosis, intermedio longius petiolato.

h. in tepidario. Frutex.

PSEUDACACIA. *Tournef. Tab. 417. Robinia.*

Linnaei gen. n. 1195. Gaertner. II. p. 307.

Tab. 145.

Calyx subbilabiatus: labio superiori obsolete bidentato emarginato: inferiori tripartito. Corolla papilionacea: vexillo subrotundo maiori patenti. Carina ungue bifido. Stamina decem, supremum liberum. Stylus sub stigmatate villosus. Legumen oblongum compressum polyspermum.

odorata, axillis ramorum lignosorum spinolis, herbaeorum stipulis minutis: foliis impari-pinnatis levibus: racemis pendulis, pedicellis unifloris. *Robinia pseudacacia*. *Linnaei*.

h. H. Arbor.

hispida, foliis impari-pinnatis: pinnis ovalibus: racemis axillaribus pendulis, pedicellis unifloris: ramis, pedunculis, calycibusque hispidis. *Robinia hispida*. *Linnaei*.

h. H. Frutex.

halodendron, foliis quaternatis, petiolis spina terminatis. *Pallas Iter. T. II. p. 47. Icon. Tab. W.*

h. H. Frutex.

VULNERARIA. *Tournef. Tab. 211. Anthyllis.*
Linnaei gen. n. 1174. Gaertner. II. p. 307.
Tab. 145.

Calyx ventricosus quinquedentatus. Corolla papilionacea: vexillo alis et carina longiori. Stamina decem basi omnia connata. Legumen calyce tectam 1 - 2spermum.

tetraphylla, foliis omnibus quaterno - pinnatis, pinnis alternis extrema maxima: caule diffusio: floribus axillaribus sessilibus: leguminibus bispermis. *Anthyllis tetraphylla. Linn.*

Trifolium halicacabum. Camer. hort. p. 171. Icon. Tab. 47.

Caulis rubellus. Vexillum ochroleucum: alae luteae. Stamen supremum liberum.

h. H. **Annua.**

heterophylla, foliis radicalibus simplicibus oblongis, caulinis pinnatis: capitulo florifero duplicato, bracteis digitatis: caule decumbenti: legumen monospermum. *Anthyllis vulneraria. Linn.*

h. ad Amoeneburgum, et in pratis prope Wehrda. **Perennis.**

ERVUM. *Tournef. Tab. 221. Gaertner. II. p. 328. Tab. 151. Linnaei species.*

Calyx quinquefidus: laciniis linearis - subulatis, longitudine corollae. Corolla papilionacea. Stamina decem, supremum liberum. Legumen lineare valde torulosum. Semina trigono - globosa, globosave.

plicatum,

plicatum, leguminibus plicatis glabris: pedunculi bifloris: foliis pinnatis: cirrho solitario brevissimo: seminibus trigono globosis. *Ervum Ervilia*. Linn.

Orcus annuus receptus herbariorum. *Morison*. II. *Sect. 2. Tab. 6. fig. 1.*

h. H. Annua.

hirsutum, leguminibus hirsutis: seminibus globosis: pedunculis trifloris: foliis pinnatis: cirrhis polyphyllis. *Ervum hirsutum*. Linn.

h. frequens inter segetes. Annua.

VICIA. *Tournef Tab. 221. Linnæi. Gaertner. II. p. 325. Tab. 151.*

Calyx tubulosus, semiquinquepartitus aut quinquedentatus. Corolla papilionacea. Stamina decem, supremum liberum. Stylus filiformis sub stigmatate transverse barbatus. Legumen oblongum polyspermum.

1. *Pedunculis elongatis.*

patula, pedunculis patulis: stipulis ferratis ovatis: foliis pinnatis: pinnis ovatis, alternis obtusis acuminatis: floribus laxè racemosis, vexillo plicato. *Vicia dumetorum*. Linn.

h. H. Perennis.

cracca L., pinnis linearibus sericeis acuminatis: racemis dense floriferis, floribus unilateralibus: stipulis bipartitis lanceolatis.

h. ad sepes. Perennis.

sericea, leguminibus villosis-sericeis nutantibus: pinnis oblongis supra pilosis: stipulis lanceolatis integerrimis: pedunculis spina molli terminatis: dentibus calycis subulatis infimo longissimo. *Vicia nissoliana* Linn.

Obs. Flores atropurpurei. Racemi 8-12flori. Legumen 5-6spermum. Cirrhi parium 2-3.

h. H. Annua.

tetrasperma, leguminibus tetraspermis glabris: pedunculis bifloris: pinnis linearibus obtusis. *Vicia Halleri*, n. 923. *Ercum tetraspermum*, Linn.

h. inter segetes. Annua.

2. *Floribus axillaribus sessilibus.*

sativa L., pinnis oblongis retusis acuminatis: floribus subbinatis: stipulis notatis: leguminibus erectis.

Colitur in agris.

angustifolia, pinnis imis ovatis: superioribus linearibus: floribus solitariis geminisve: leguminibus linearibus erectis foliis longioribus. *Halleri*, n. 430. *Pollich. Hist.*, n. 685. *Vicia monantha*, *Rhezii. Obs.* iii. p. 39.

h. frequens inter segetes. Annua.

leucosperma, pinnis oblongis obtusis emarginatis acuminatis: stipulis ovatis acutis integris notatis: floribus binis subsessilibus: leguminibus erectis glabris: seminibus albis rotundis.

Descriptio. Radix annua. Caulis angulatus leviter pubescens. Pinnis parium 7-8. Circhi 3-5phylli. Stipulae imae semilunares dentatae, superiores integrae, ovatae. Flores bini axillares subsessiles. Calyx glaber dentibus aequalibus. Corolla: vexillum pallide caeruleum ovatum, emarginatum: alae ovatae rubellae: carina alba alis brevior. Legumen glabrum 8-10spermum.

h. H. Annua. Semina sub nomine viciae helveticae accepti.

alba, leguminibus binis erectis subpubescentibus: seminibus globosis griseo-albidis: pinnis oblongis obtusis emarginatis acuminatis: stipulis inferioribus semilunatis dentatis notatis: superioribus bipartitis: corollis albis.

h. H. Annua.

bacla, leguminibus binis erectis levibus: seminibus rotundis subcompressis olivaceis: pinnis oblongis emarginatis acuminatis: floribus subsessilibus.

De

Descriptio. Radix annua. Caulis sulcatus angulatus glaber. Stipulae omnes semilunatae dentatae. Pinnis parium 6-8. Calyx glaber. Corolla: vexillum ovatum violaceum, alae purpureae, carina alba.

h. H. Annua.

bipartita, stipulis omnibus lanceolatis bipartitis: pinnis linearibus, obtusis acuminatis: pedunculo bifloro acuminato: leguminibus glabris.

Descriptio. Radix annua. Caulis angulosus glaber, tripedalis. Stipulae parvae vix lineas duas longae. Pinnae parium 5-7. Cirrhi polyphylli. Pedunculus triquetris unciam unam longus. Calyx subpubescens dentibus lanceolatis corolla brevioribus. Corolla: vexillum rubro-violaceum emarginatum patens: alae longitudine vexilli: carina brevior. Legumen 6-8spermum teres.

Sem. sub nomine Ervum vicia Syriaca accepi.

h. H. Annua.

latifolia, caule tetragono angulis hirsutis: stipulis basi dentatis apicem versus integris acuminatis: foliis integerrimis ovalibus: floribus subsessilibus: calyx dente imo longissimo: leguminibus hirtis. *Vicia narbonensis*. Linn. *Roib. Beytr.* p. 10. icon. Tab. 2.

Vexillum albidum venis purpurascens: alae albae, apice atro-purpurea.

h. H. Annua.

platycarpus, pinnis ovatis antice acute dentatis: floribus binis ternis sessilibus: stipulis profunde dentatis: leguminibus maturis nigris, nitidis, saturis scabris, fardis: seminibus globosis nigris. *Vicia platycarpus*. *Roib. Bot. Beob.* p. 10. icon. Tab. 1. 2.

h. H. Annua.

Vexillum violaceum: alae pallidiores: carina albida apice purpurea.

FABA. *Tournef. Tab. 212. Jussieu Gen. Pl.*
p. 397.

Calyx quinquedentatus. Corolla papilionacea: vexillo
 alis et carina longiori. Legumen oblongum crassum fæctum
 bi-tetraspermum. Seminibus oblongis bylo terminali.

vulgaris, caule erecto: pinnis ovatis acuminatis: flo-
 ribus subsessibus axillaribus. *Vicia faba. Linn.*

Colitur. *Annua.*

CLYMENUM. *Tournefort. Tab. 218. Lathyrus*
species. Linn.

Calyx Lathyrus. Corolla: vexillum ovatum erectum
 emarginatum, basi corniculis callosis duobus parallelis pro-
 minentibus, alis et carinam comprimentes: aiae ovatae lon-
 gitudine vexilli, superne conniventes: carina minor, un-
 gue bifido. Stamina decem, superum liberum. Stylus su-
 perae planus trilateralis, lteribus villosis. Sigma uncina-
 tum vel simplex. Legumen lineare polyspermum.

bicolor, vexillo rubro: alis albis: caule membranaceo:
 stipulis hastatis integerrimis: pinnis lanceolatis parium 3: pe-
 dunculis bifloris: stigmate simplici. *Lathyrus articulatus.*
Linn.

h. H. Annua.

uncinatum, stigmate uncinato filiformi: caule mem-
 branaceo: stipulis integris ovato-lanceolatis: pinnis lanceo-
 latis parium quatuor: pedunculis bi-trifloris. *Lathyrus*
Clymenum. Linn.

Lathyrus vicioides, vexillo rubro, labialibus petalis ro-
 strum ambientibus coeruleis. *Morison ii. p. 56.*

h. H. Annua.

LOTUS.

LOTUS. *Linnaei species.*

Calyx tubulosus quinquedentatus. Corolla papilionacea. Stamina decem, supremum liberum. Legumen lineare teres subtorulosum loculamentosum: seminibus globosis.

angustissimus L., caule diffuso: foliolis obovatis: stipulis ovalibus: leguminibus erectis binis.

Lotus annua *ολιγοκέφατος* filiquis singularibus binis ternisve. *Morison. 11. Sect. 2. Tab. 18. fig. 1.*

h. H. Annua.

rosea, bracteis monophyllis: caulibus prostratis: pedunculis 3-4floris: dentibus calycis setaceis: antheris quinque ovatis, quinque clavatis. *Lotus aegyptiacus* L.

h. in caldario. Perennis.

corniculatus L., capitulis depressis: caulibus decumbentibus: leguminibus patentibus.

h. frequens in pratis et sylvis. Perennis.

LOTEA. *Medicus. Phil. Bot. Fasc. 1. p. 204.*

Loti species Linnaei.

Calyx tubulosus bilabiatus: labio superiori bipartito laciniis aequalibus, inferiore tripartito: laciniis duobus lateralibus minimis. Corolla papilionacea: vexillo ovato erecto: alis conniventibus, carinam tegentibus. Stamina decem omnia connata. Legumen eloculamentosum lineare longum compressum polyspermum. Semina orbiculata compressa.

ornithopodioides, caule diffuso: foliolis obovatis: pedunculo 3-5floro: bractea ternata: leguminibus arcuatis.

Lotus ornithopodioides. Linn.

Lotus peculiaris filiquis ornithopodii. *Camer. Hort. p. 91. icon. Tab. 25.*

h. H. Annua.

LIQUI-

LIQUIRITIA. *Glycyrrhizae species. Linn.*

Calyx tubulosus aequalis quinquepartitus, laciniis inaequalibus lineari-lanceolatis. Corolla papilionacea: vexillo erecto lateribus reflexo: alis patentibus: carina bifida. Stamina decem ad medium usque connata. Legumen teretiusculum tri-tetraspermum.

officinalis, floribus racemosis axillaribus, racemis foliis brevioribus: foliis pinnatis: foliolo impari petiolato.
Glycyrrhiza glabra. Linn.

Glycyrrhiza vera filiquosa seu Germanica. C. Baub. Morison. ii. Sect. 2. Tab. 7. fig. 8.

h. H. Perennis.

Figura corollae, et leguminis a *Glycyrrhiza echinata* valde differt.

LUPINUS. *Tournef. Tab. 213. Linn. gen. n. 1176. Gaertner. ii. p. 324. Tab. 150.*

Calyx bilabiatus. Corolla papilionacea. Stamina decem omnia connata. Antherae quinque oblongae, quinque subrotundae. Legumen coriaceum compressum loculamentosum.

albus L., floribus spicatis alternis: calycibus ebracteatis: labio superiori integro: inferiori tridentato: foliis digitatis septenatis villosis: corollis albis concoloribus: seminibus albis compressis.

β . carina antice violacea: seminibus minoribus. *Lupinus aegyptiacus.*

h. H. Annua.

bisutus L., floribus spicatis alternis semiverticillatis: calycibus hirsutissimis bracteatis: foliis digitatis novenis: corollis caeruleis: vexillo macula quadrata purpurea dein albida

albida: leguminibus hirsutis: seminibus compressis lineis punctisque fuscis.

h. H. Annua.

linifolius, foliolis septenis lineari-lanceolatis retusis glaberrimis: calycibus bracteatis: labio inferiori bifido: seminibus ovalibus punctatis. *Reich Bot. Beobachtungen. p. 14. icon. Tab. V.*

Lupinus caeruleus angustifolius elatior. *Raii Hist. p. 908. bene.*

h. H. Annua.

luteus L., floribus luteis spicatis verticillatis: calycibus bracteatis: seminibus compressis punctatis.

h. H. Annua.

S O I A.

Calyx bilabiatus: labio superiori semibifido: inferiori tripartito. Corolla papilionacea: vexillo ovato integro plicato: callis nullis: alis longitudine vexilli basi bilobis. Carina alis minor, ungue bifido. Stamina decem omnia connata. Stylus brevis incurvus. Stigma simplex. Legumen oblongum 2-sperminum. Seminibus ovatis.

hygida, leguminibus pendulis hispidis: caule erecto subflexuato: racemis axillaribus: corolla vix calyci maiore. *Dolichos soja. Linn. Kaempfer Amoen. exoticae. p. 837. icon. p. 838.*

Defectus calli prohibet genere Dolichos Linnæi adsociari, neque cum Phaleolis propter figuram corollæ convenit.

h. H. Annua.

LABLAB. *Adanson. Medicus. Phil. Bot. Fasc.*

2. p. 205.

Calyx campanulatus quadripartitus. Corolla papilionacea: vexillo basi callis duobus parallelis, alas comprimentibus.

Stami.

Stamina decem, supremum liberum ab callis includitur. Stylus unus latere inferiore sub stigmatibus longitudinaliter villosus. Legumen ovato-acinaciforme, compresso-planum, suturis utrinque crenulatis, loculamentosum, loculamentis membranaceis. Semina ovalia subcompressa, ab altero latere callo fungoso ex umbilico proficiscente, marginata.

niger, feminibus nigris: caule volubili: bracteis longitudine calycis: stipulis horizontalibus: floribus discoloribus semiverticillatis: leguminibus glabris. *Dolichos Lablab. L. Gaertner II. p. 322. Tab. 150.*

h. H. Annua.

DOLICHOS. *Linnaei species.*

Calyx, corolla, calli, stamina prioris. Legumina loculamentosa, loculamentis membranaceis, subcylindrica et subcompressa vel oblonga: semina oblonga, umbilico non calloso laterali.

sesquipedalis L., caule volubili: leguminibus longissimis subcylindricis levibus: feminibus concoloribus.

h. H. Annua.

pruriens L., caule volubili: leguminibus racemosis oblongis: valvulis subcarinatis hirtis: pedunculis ternis: feminibus griseis nigro-striatis.

h. H. Annua.

lignosus L., caule volubili lignoso: pedunculis 2-3 floris petiolis longioribus: legumen oblongum glabrum.

h. in frigidario. Perennis.

Polystachios L., caule volubili: spicis longissimis: pedicellis geminis: leguminibus acuminatis compressis.

h. in frigidario. Perennis.

PHASEOLUS. *Tournefort. Tab. 232. Linnaei.*

Gaertner. II. p. 323. Tab. 150.

Calyx bilabiatus. Corolla papilionacea. Carina cum staminibus styloque in spiram contorta. Stamina decem, supremum

premium liberum. Legumen loculamentosum, loculamentis membranaceis, oblongum polyspermum. Semina ovata, ovato-oblonga, subreniformia.

vulgaris L., caule volubili: floribus racemosis geminis: bracteis calyce minoribus: leguminibus ensiformibus pendulis: seminibus subcompressis.

β. *Phaseolus coccineus*.

Cult. Annua.

saccharatus, caule volubili: leguminibus septem per paria oppositis oblongis pendulis: seminibus ovatis obtusis.

Phaseolus peregrinus hortensi similis: fructu tumidiorre minore niveo. C. B. P. p. 340.

Phaseoli tumidi minores nivei. Job. Baub. ii. p. 259.

Phaseolus peregrinus II. Clus. Hist. CCXXIII. a.

h. H. Annua. Variat seminibus varieque coloratis.

retusus, caule volubili: leguminibus pendulis septem per paria oppositis oblongis: seminibus semiorbiculatis utriusque retusis.

h. H. Annua.

lunatus L., caule volubili: foliis ovatis: leguminibus pendulis oblongis compressis acinaciformibus levibus: seminibus subrotundis, subcompressis fusco-purpureis concoloribus.

h. H. Annua.

macrocarpus, caule volubili: foliis ovato-lanceolatis: leguminibus pendulis compressis oblongis acinaciformibus: seminibus oblongis reniformibus compressis maximis, purpureo-albidis. *Phaseolus inamoenus*. L.

h. H. Annua.

Flores racemosi. Corolla: vexillo viridi: alis albis dein flavescens in utrisque speciebus.

nanus L., caule erecto levi: bracteis calyce maioribus: leguminibus pendulis compressis.

Var. sem. variisque coloratis.

Colitur in hortis.

GALEGA. *Tournef. Tab. 222. Linnaei species.*

Calyx tubulosus quinquedentatus, dentibus subulatis, subaequalibus. Corolla papilionacea. Stamina decem, supremum liberum. Stylus filiformis. Stigma punctum minimum. Legumen teres oblique striatum. Semina compressa oblonga utrinque retusa.

officinalis L., leguminibus strictis; foliis pinnatis, pinnis lanceolatis longe acuminatis: stipulis sagittatis. *Icon. Blakwell. Tab. 92.*

Variat corollis albis et caeruleis.

h. H. Perennis.

INDIGOFERA. *Linnaei gen. n. 1205. Gaertner. II. p. 317. Tab. 148.*

Calyx quinquepartitus. Corolla papilionacea. Stamina decem, supremum liberum. Legumen lineare. Semina rhomboidea.

tinctoria L., foliis obovatis acuminatis: racemis axillaribus brevibus: stipulis subulatis: leguminibus rectis: caule fruticoso.

h. in tepidario. Perennis.

EMERUS. *Tournef. Tab. 418. Coronillae species Linn.*

Calyx brevissimus campanulatus compressus quinquedentatus, tribus inferioribus minoribus, superioribus duobus coalitis.

coalitis. Corolla papilionacea: vexillum erectum patens emarginatum, ungue ab alis remoto basi bidentato: alae conniventes: carina compressa longitudine alarum. Stamina decem clavata, superum liberum. Stylus setaceus. Stigma simplex. Legumen teres polyspermum. Semen cylindricum.

maior, foliis pinnatis: pinnis ovatis emarginatis septenis: pedunculis bi-trifidis: vexillo supra rubro tincto. *Millev. dict. n. 1. Coronilla Emerus. Linn.*

h. H. Frutex.

LEGUMEN INFLATUM, TURGIDUM.

ANONIS. *Tournef. Tab. 229. Lit. A. B. C.*

H. I. K. L. Ononis. Linn. Gaertner. II.

p. 343. Tab. 154.

Calyx campanulatus quinquefidus: laciniis acutis linearilanceolatis, quatuor sub vexillo. Corolla papilionacea: vexillum lateribus patentibus, caeteris maius: alae longitudine carinae: carina acuta. Stamina decem omnia connata. Legumen ovatum calyce brevius: uncinulatum 2-5spermum.

spinosa, floribus racemosis solitariis: foliis ternatis simplicibusque: ramis apice spinosis. *Rhezii Obs, 1. p. 21.*

h. ad vias. frequens *am rothen Berg.* Frutex.

arvensis, floribus racemosis geminis: foliis ternatis superioribus solitariis: ramis inermibus subvillosis. *Rhezii Obs. 1. p. 21. Ononis foetens. Allione Fl. Pedem. 1. p. 317. Tab. 41. fig. 1.*

h. H. Frutex.

scariosa, bracteis ventricosus cum calycibus scariosis: caule bifariam piloso: ramis horizontalibus: foliis ternatis glabris, lanceolatis, acute dentatis: floribus spicatis: calycis

cis laciniis duobus superioribus plicatis foliaceis. *Ononis mitissima*. Linn.

h. H. Annua.

alopecuroides L., foliis simplicibus ovalibus obtusis denticulatis: stipulis dilatatis: spicis foliosis.

h. H. Annua.

NATRIX. Rivini. Anonis. Tournef. Tab. 229.

Lit. D. E. F. G. *Ononis*. Linn. species.

Calyx, corolla, stylus prioris. Stamina decem, supremum liberum vel profundius caeteris fissum. Legumen oblongum, calyce triplo-longior 5-6spermum.

pinguis, pedunculis unifloris aristatis: foliis ternatis: foliolis ovalibus antice ferratis subviscidis: stipulis integerrimis: corollis luteis: leguminibus villolis. *Ononis Natrix*. Linn.

Anonis lutea non spinosa. Morison. 11. Sect. 2. Tab. 17. fig. 9.

h. H. Frutex.

fruticosa, foliis ternatis sessilibus lanceolatis dentato-ferratis nudis: stipulis vaginantibus aristatis: pedunculis subtrifloris aristatis: leguminibus villolis: corollis purpureis. *Ononis fruticosa* Linn.

h. H. Frutex.

rotundifolia, foliis ternatis subrotundis petiolatis dentatis: pedunculis aristatis trifloris: stipulis ovatis integris. *Ononis rotundifolia*. Linn.

Ononis foliis rotundis ferratis. Morison. Hist. 2. Icon. Tab. 21.

Obs. Caulis petioli folia calycesque pilosa, subviscida. Bractee Linnaei nullae. Corolla purpurascens. Stamina superum liberum. Legumina villosa.

h. H. Fruticulus.

COLUTEA. *Tournef. Tab. 418. Linn. gen. n.*
1196. *Gaertner. II. p. 342. Tab. 154.*

Calyx campanulatus, dentibus quinque subaequalibus. Corolla papilionacea: vexillo erecto, basi corniculi duo excavati: alis lanceolatis carina brevioribus: carina truncata. Stamina decem ad medium usque connata. Stylus interne villosus. Stigma incurvum. Legumen inflatum polypermum.

arborea L., pinnis ovatis emarginatis: petalis flavis concoloribus: vexillo callis minimis: leguminibus omnibus clausis.

Varietas minor vexillo rubro-flavo striato callis lineari-bus prominentibus, leguminibus omnibus clausis.

Colutea foliolis ovatis integerrimis caule fruticoso, Miller.

h. H. Frutex.

aperta, pinnis obovatis emarginatis incanis: leguminibus omnibus antice apertis.

Colutea sanguinea. Milleri.

Colutea humilis fruticosa foliolis obcordatis, carina apice truncata. Scopoli deliciae et Faunae Insubricae. Tom. II. cum icone.

Obs. Petala omnia rubro striata: vexillo basi carnosio, carinam alasque deprimente: maculis duobus quadratis flavis ad basin vexilli.

h. H. Frutex.

COLUTIA. *Medicus Phil. Bot. Fasc. I. p. 210.*

Coluteae species Linnaei.

Calyx cylindricus, quinquedentatus. Corolla papilionacea: vexillo erecto lateribus reflexo: alis minutissimis: carina

rina truncata vexillo longior. Stamina decem. Stylus sub stigmatate latere interiore barbatus. Legumina inflata, futura inferiori pedunculum versus hianti.

rubra, floribus racemosis pendulis rubris: foliis pinnatis: pinnis ovato-oblongis, subtus tomentosis, supra glabris, profunde viridibus. *Colutea frutescens*. Linn.

A Coluteis certe diversa tam calycis, quam petalorum figura, legumen unica pars fructificationis quae colutearum est.

h. in frigidario, Frutex.

PISUM. *Tournef. Tab. 215. Linnaei gen. n.*

1184. *Gaertner. II. p. 332. Tab. 157.*

Calyx campanulatus quinquepartitus: laciniis lanceolatis acutis duobus sub vexillo latioribus. Corolla papilionacea: vexillo basi calloso. Stamina decem. Stylus unus dorso canaliculatus inferne villosus. Legumen oblongum leve. Semina globosa.

sativum L., pedunculis multifloris: petiolis tetraphyllis: stipulis inferne crenatis.

β. *Pisum quadratum*, semine maiori subquadrato.

Colitur.

uniflorum, pedunculis unifloris, seminibus globosis maculatis. *Pisum arvense*. Linn.

Pisum pulchrum folio anguloso. *I. Baub. Morison. II. Sect. 2. Tab. 1. fig. 4.*

h. H. Annua.

CICER. *Tournef. Tab. 210. Linnaei gen. n.*

1189. *Gaertner. II. p. 326. Tab. 151.*

Calyx profunde quinquefidus, laciniis quatuor vexillo incumbentibus. Corolla papilionacea. Stamina decem, supremum

premum liberum. Legumen ovato-oblongum bispermum. Semina globofo-angulata arietis caput referentia.

arietinum L., pinnis ferratis: pedunculis unifloris geniculatis, geniculo incurvato. *Icon. Blakwell. Tab. 577.*

h. H. Annua.

CROTALARIA. *Linn. gen. n. 1172. Gaertner. II. p. 316. Tab. 148.*

Calyx profunde quinquepartitus, laciniis duobus vexillo incumbentibus. Corolla papilionacea vix calyce longior: carina bifida. Stamina decem omnia connata: linea dorsali fissa. Antherae alterne oblongae, alterne globosae. Stylus unus interne longitudinaliter villosus. Legumen polyspermum, calyce longius, secundum futuram seminiferam depresso. Semina compressa oblonga.

sagittalis L., foliis simplicibus ovato-lanceolatis obtusis: stipulis decurrentibus solitariis bidentatis: calycibus bracteatis. *Swarz Obs. p. 278.*

Crotalaria hirsuta minor americana herbaceo caule ad summum sagittato. *Hermann. Lugdun. Bot. p. 202. icon. p. 203.*

h. H. Annua.

pubescens, foliis ternis: foliolis ovalibus acuminatis, supra glabris, subtus pubescentibus: stipulis setaceis: vexillo supra fulvo. *Crotalaria incana* L. *Jacquin. Obs. 4. p. 4. icon. Tab. 82.*

h. H. Annua.

TIUM. *Medicus. Phil. Bot. Fasc. 1. p. 203.*

Calyx tubulosus quinquedentatus, dentibus inaequalibus. Corolla papilionacea: vexillo erecto lateribus reflexo: alis et carina longiori. Stamina decem, supremum liberum.

L

Legu-

Legumen polyspermum subtriquetrum, vel subcompressum futura seminifera impressa.

lineare, foliis pinnatis: pinnis linearibus utrinque nudis: caule erecto ramoso subpentagono glabro: floribus racemosis: racemis foliis longioribus: leguminibus levibus subtriquetris erectis. *Astragalus sulcatus*. Linn.

Phaca caulescens erecta glabra sulcata, pedunculis folio longioribus, leguminibus erectis subtriquetris. *Zinn. hort. Goett. p. 342.*

h. H. Perennis.

hians, leguminibus villosis depressis apice hiantibus: caule decumbenti simplici: foliis pinnatis: pinnis lanceolatis: spicis folio longioribus.

Descriptio. Radix perennis ramosa descendens. Caulis plures decumbentes simplices teretes pilosi. Stipulae duae lanceolatae acutae. Folia pinnata parium 18-20 cum impari utrinque pilosa lanceolata acuta, imis et supremis minoribus, intermediis longioribus. Flores spicati subsessiles. Spica 20-30 flora. Bractea solitaria longitudine calycis. Calyx pilosus. Corolla violacea lineas tres longa: vexillum oblongum acuminatum: alae conniventes lanceolatae cbrusae longitudine vexilli: carina acuminata brevior. Stamina usque ad apicem connata, supremum liberum. Stylus levis. Stigma simplex. Legumen villosum subcompressum ad latus turgidum lineas octo longum. Semina compressa oblonga 10-12.

An *Astragalus hians* *Jacquin?* *Icones Pl. rarior.* Vol. 1. 153. *Diarium Bot. Fasc. 111. p. 58.*

h. in frigidario. Perennis.

Ab *Astragalis* differunt legumine solitario vero: idem a *Phacis* cuius legumina semibilocularia *Linnaeus* vidit: quod vero *Gaertner* in *phaca alpina* negat. In *Astragalo sulcato* nec unicum legumen, licet multa dissectavi, nec biloculare, nec semiloculare inveni. Quare ab *Astragalis* sunt removenda.

LEGU-

LEGUMEN ALATUM.

OCHRUS. *Tournefort. Tab. 219. 220. Pisum*
Linn. species.

Calyx, Corolla, staminaque Pisi. Legumen polyspermum oblongum teretiufculum: suturis seminiferis longitudinaliter membranaceo-alatis. Seminibus globosis, umbilico oblongo.

uniflorus, pedunculis nudis unifloris geniculatis foliis brevioribus: caule alato: petiolis foliaceis bi-triphyllis cirrhiferis. *Pisum Ochrus. Linn.*

Ochrus seu Ervilia. *Morison. 11. Sect. 2. Tab. 3. f. 8.*
h. H. Annua.

CICERCULA. *Dodon. Pempt p. 522. Lathyrus*
Tournef. Tab. 217. et Linnæi species.

Calyx, corolla, stamina, styli Lathyri. Legumen ovato-oblongum: suturis seminiferis alatis. Seminibus angulatis.

anceps, caule ancipiti, subalato: pedunculis unifloris: stipulis lanceolatis semifagittatis: vexillo integro: staminibus ad medium usque connatis: sutura seminifera profunde canaliculata. *Lathyrus cicera. Linn.*

h. H. Annua.

Vexillum alaeque rubrum. Carina alba.

alata, caule alato: pedunculis unifloris: stipulis semifagittatis lanceolato-ovatis: vexillo emarginato. *Lathyrus sativus. Linn.*

Variat: 1. corollis caeruleis et seminibus olivaceis fuscopunctatis.

2. corollis albis et seminibus albis concoloribus.

h. H. Annua.

TETRAGONOLOBUS. *Scopoli Fl. Carn. II. p.*

87. *Loti species Linnaei.*

Calyx, corolla, stamina, antheraeque Loti. Legumen cylindricum, loculamentosum: angulis quatuor alatis. Seminibus ovatis.

prostratus, caule prostrato: pedunculis unifloris: bractea subpedunculata: foliolis lanceolatis: corollis luteis. *Lotus siliquosus. Linn.*

h. H. Perennis.

purpureus, corollis purpureis: caule erecto: pedunculis 1-2floris, bractea pedunculata: foliolis ovatis: membranis leguminum undulatis. *Lotus tetragonolobus Linn. Icon. Camerar. hort. Tab. 26.*

h. H. Annua.

LEGUMEN COMPRESSUM MEMBRANACEUM.

SULITRA. *Medicus Philos. Bot. Fasc. I. p. 202.*

Calyx campanulatus quinquedentatus, dentibus lanceolatis aequalibus. Corolla papilionacea: vexillum erectum reflexum integrum: alae oblongae obtusae vexillo et carina breviores: carina obtusa. Stamina decem, supremum liberum, ad medium usque connata. Legumen subrotundum, aridum, pellucidum, 4-5spermum.

pubescens, caule herbaceo erecto, foliisque pubescentibus: foliis pinnatis: pinnis oblongis: racemis plurimis terminalibus. An *Colutea herbacea Linnaei?* differt duratione et pube foliorum caulisque.

h. in frigidario. Perennis.

Obs. Caules pedales striati. Stipulae petiolares binae lanceolatae. Pinnae parium 6-8 obtusae muticae. Racemi paniculati axillares, caules terminantes. Bractea minima solitaria.

LEGU.

LEGUMEN GEMINATUM CONNATUM NON
INFLATUM.

APIOS. *Boerhaave. Lugdun. Bat. II. p. 53.*
Glycine. Linnaei species.

Calyx campanulatus unidentatus, dente sub carina. Corolla papilionacea: vexillo et carina falcata lineari reflexo. Stamina decem. Stylus unus. Stigma marginatum: genitalibus carina inclusis. Legumen immaturum polyspermum.

tuberosa, radix tuberosa: caule volubili: foliis pinnatis cum impari: floribus racemosis: racemis lateralibus: floribus atropurpureis. *Glycine apios. Linn.*

Astragalus spicatus Americanus scandens radice tuberosa. *Morison. II. Sect. 2. Tab. 9. fig. 1.*

h. H. Perennis.

ASTRAGALUS. *Tournef. Tab. 233. Linnaei.*
Gaertner. II. p. 339. Tab. 154.

Calyx tubulosus, quinquedentatus: dentibus subaequalibus. Corolla papilionacea: vexillo alis et carina longiori. Stamina decem, supremo libero. Legumina geminata: septo longitudinali bifido: valvis parallelo: subteretia: triquetra contorta: polysperma. Semina compressa oblonga utrinque obtusa.

I. *Legumina subteretia.*

depressus L., caulescens depressus ramosus: racemis folio brevioribus: foliis pinnatis: pinnis obovatis integris: leguminibus nutantibus acuminatis glabris.

Descriptio. Radix perennis fusiformis lignosa ramosa. Caules plures ad terram depressi diffusi, ramosi sublignosi cicatrifati uncias 3 - 4 longi. Stipulae ovatae acutae amplexicaules nervosae membranaceae lineas quinque longae, tres latae

latae. Rami caule breviores. Foliorum pinnae parium 12-14. Pedunculus depressus axillaris uncias duas longus. Racemi floriferi erecti 10-12flori: fructiferi depressi. Bractea solitaria lanceolata acuta, pedicello longior. Calyx pilis nigris obfusus. Corolla: vexillum erectum albidum basi purpura tinctum: lineis purpureis interne notatum: alae albae conniventes: carina alba, apice violacea. Legumina subcurvata. *Icon. Allione, Flora Pedem. Tab. 19. fig. 3.*

h. H. Perennis.

hamosus L., caulescens decumbens: pinnis oblongis obtusis acuminatis: pedunculis folio brevioribus: spica pauciflora: corollis albis: leguminibus glabris uncinato-recurvis: valvis chartaceis.

h. H. Annua.

2. *Legumina triquetra.*

galegiformis L., caulescens erectus glaber: pinnis linearilanceolatis obtusis: floribus racemosis unilateralibus albis pendulis: leguminibus utrinque mucronatis glabris.

h. H. Perennis.

Onobrychis L., caule erecto striato pubescenti ramoso: pinnis linearibus sericeis: floribus erectis racemosis purpureis: vexillo longissimo: leguminibus pilosis subtriquetris erectis.

h. H. Perennis.

uncinatus, leguminibus rectis glabris apice uncinatis: caule erecto: ramis patulis: pinnis oblongis: racemis axillaribus foliis brevioribus: petalis pallide flavis. *Astragalus boeticus*. Linn.

Astragalus annuus erectus flore ochroleuco. *Morison, II. Sect. 9. Tab. 2. fig. 11.*

h. H. Annua.

Sesameus

sesameus L., caulescens diffusus: capitulis subsessilibus axillaribus: pinnis ovatis emarginatis: leguminibus erectis subtriquetris, subulatis, acumine reflexo: floribus caeruleo-purpureis. *Rhezii Observ. Fasc. 1. p. 22.*

Obs. Pedunculi fructiferi elongantur, ut capitulum pedunculatum evadat.

h. H. Annuus.

arenarius L., caulescens erectiusculus: racemis erectis paucifloris: pinnis linearibus subsericeis: leguminibus erectis subtriquetris tomentosis. *Rhezii obs. 1. p. 22. Icon. eiusdem. Fasc. III. Tab. 3.*

asper, caule erecto striato glabro: spica elongata: floribus erectis: leguminibus oblongis triquetris. *Jacquin. icon. rar. Tab. 33.*

Radix perennis. Caulis pedalis inferne simplex superne ramosus. Stipulae lanceolatae integrae patentis. Petioli setis adpressis alterni. Folia pinnata: pinnis lanceolatis acutis: setis adpressis scabris. Flores spicati erecti sessiles adpressi. Bractea solitaria lanceolata minima integra. Calyx tubulosus pilis nigris, quinquedentatus. Corolla ochroleuca. Legumen tri-pentaspermum.

h. H. Perennis.

tragacantha L., caudice arborescente: pinnis sericeis oblongis: petiolis spinescentibus: floribus axillaribus subpedunculatis: leguminibus subtriquetris rectis. *Icon. Morison. Hist. II. Sect. 2. Tab. 9. fig. 13.*

h. in frigidario. Frutex.

Partes fructificationis nullum praebent Characterem ab *Astragalis* separandum.

LEGUMINA TRIQUETRA ARCUATA.

glycyphyllos L., caule prostrato diffuso: pinnis ovatis: racemis foliis brevioribus: leguminibus glabris subtriquetris.

h. prope *Gießelberg an der Schneisse. Am Rhinberg prope Caldern.* Perennis.

membranaceus, leguminibus hamatis subulatis: valvis membranaceis: caule erecto: pinnis linearibus emarginatis: racemo laxo-florifero foliis breviori: floribus flavis. *Astragalus trimestris* L.

h. H. Annua.

LEGUMINA TRIQUETRA CONTORTA.

contortuplicatus L., caule procumbenti: pinnis ovatis emarginatis: racemis axillaribus petiolo brevioribus: leguminibus contortis plicatis villosis.

h. H. Annua.

LEGUMEN GEMINATUM INFLATUM.

ASTRAGALOIDES. *Astragali* Linnaei.

Calyx, corolla, stamina Astragali. Legumen subtriquetrum, subcordatum inflatum polyspermum.

Glaux, caule decumbenti: pinnis ovato-oblongis: floribus capitatis: pedunculo foliis longiore: floribus sessilibus: bracteis ovatis: leguminibus villosis. *Astragalus Glaux* Linn.

h. H. Perennis.

Alopecuros, caule erecto: pinnis lanceolatis: capitulis axillaribus cylindricis subsessilibus erectis: calycibus leguminibusque lanatis: corollis flavis. *Astragalus alopecuroides* Linn.

h. H. Perennis.

cicera, caule prostrato: pedunculis foliis longioribus: leguminibus pilosis mucronatis mucrone recto: corollis pallide flavis. *Astragalus cicer* Linn.

h. H. Perennis.

syphilitica, caule decumbenti: petiolis erectis: pedunculis folio brevioribus: floribus spicatis: spicis cylindricis: calycibus leguminibusque lanatis: corollis flavis. *Astragalus*
lus

lus, exscapus Linn. Icon. Girtanner de morbis venereis. Part. 1.

Descriptio. Radix descendens ramosa lignosa. Caulis plures decumbentes breves lanati. Stipulae membranaceae aridae lanceolatae glabrae. Petioli lanati subrecti. Pinnae oblongae obtusae pilosae parium 14 - 18. Pedunculi lanati ramorum erecti, nulli radicales. Flores spicati: spica multiflora. Bractea lanceolata longitudine calycis. Calyx lanatus, albido-flavus. Corolla flava: vexillum ovatum emarginatum. Legumen villosum.

h. H. Perennis.

LEGUMINA GEMINATA CONNATA COMPRESSA.

PELECINUS. *Tournef. Tab. 234. Biserrula.*

Linnaei gen. n. 1209. Gaertner. II. p. 340.

Tab. 154.

Calyx tubulosus quinquedentatus. Corolla papilionacea. Stamina decem; supremum liberum. Legumina oblonga compressa torulosa margine ferrata dissepimento valvis contrario. Semina compressa rotunde-reniformia.

biserrula, caule ramoso: foliis pinnatis: pinnis oblongis emarginatis: racemis axillaribus longitudine foliorum: leguminibus apice inflexis. *Biserrula Pelecinus. Linn.*

Astragalus annuus peregrinus filiquis utrinque ferrae similibus. *Morison. II. Sect. 2. Tab. 9. fig. 6.*

h. H. Annua.

THECA BACCANS UNILOCULARIS.

ANDROSAEMUM. *Tournef. Tab. 128. Gaert-*

ner. I. p. 282. Tab. 59. Medicus. Philos.

Bot. I. p. 171.

Calyx quinquepartitus laciniis inaequalibus: tribus ovatis obtusis: duobus minoribus lanceolatis acutis. Corolla penta-

pentapetala. Stamina plurima basi in quinque fasciculos connata. Styli tres. Theca ovata polysperma.

vulgare, caule fruticoso ancipiti: foliis ovatis integerrimis sessilibus. *Hypericum androsaemum*. Linn. *Icon. Blakwell. Tab. 94.*

h. H. Perennis.

THECA BACCATA QUADRILOCULARIS.

MELIANTHUS. *Tournef. Tab. 245. Jussieu gen. Plant. p. 329. Linnaei species.*

Calyx profunde quinquesidus, laciniis inaequalibus: infima caeteris minore deorsum gibba intus cava, fovente glandula mellifera, membrana propria conduplicata cincta. Petala quinque. Stamina quatuor: duo maiora libera: duo breviora basi connata. Stylus unus. Theca baccata tetragona vesicularia membranacea quadrivalvis loculis monospermis. Baccis subrotundis nigris.

maior L., stipulis solitariis petiolo adnatis. *Icon. Hermann. Lugd. Bat. p. 415.*

h. in caldario. Frutex.

BACCA VERA.

DANAE. *Medicus. fam. Malv. p. 71. Rusci. species Linnaei.*

Calyx globosus sexpartitus. Corolla hexapetala. Stamina in tubum membranaceum coalita. Antherae sex. Stylus unus. Bacca globosa monosperma.

racemosa, foliis lanceolatis acutis sempervirentibus: floribus racemosis terminalibus. *Ruscus racemosus*. Linn.

Laurus alexandrina angustifolia ramosa, *Morison. III. Sect. 13. Tab. 5. fig. 4.*

h. H. Fruticulus.

BACCA

BACCA CORTICATA.

CITRUS. *Tournef. Tab. 395. 396. Gaertner.*
II. p. 189. Tab. 121. Linnaei gen. n. 1218.

Calyx quinquefidus. Corolla pentapetala. Stamina circiter viginti basi varie inter se connata. Stylus unus. Stigma globosum. Bacca corticata pulpa multiloculari, loculis membrana propria distinctis. Semina cartilaginea pulpa immersa.

medica L., petiolis linearibus.

h. in frigidario.

aurantium L., petiolis alatis.

h. in frigidario.

DRUPA QUINQUELOCULARIS

AZEDERACH. *Tournef. Tab. 387. Medicus.*
familia Malvac. p. 115. Melia Linnaei.
Gaertner, II. p. 474. Tab. 18C.

Calyx profunde quinquefidus. Corolla pentapetala. Stamina decem, in tubum cylindricum apice decem dentatum intus antheriferum, connata. Stylus unus. Stigma capitatum. Drupa carnosae.

deleteria, foliis bipinnatis: pinnis lanceolatis incis: calyce pubescenti. Melia Azederach. Linn.

h. in frigidario. Frutex.

PARA-

PARAPETALOIDEAE,
OVARIIUM SUPERUM.

I. CAPSULA TRILOCULARIS.

CLUTIA. *Boerhaave. Linnæi. Medicus familia Malvac. p. 99. Gaertner. 2. p. 117. Tab. 107.*

Di.ica. Calyx quinquepartitus. Corolla pentapetala. Mas. Stamina quinque in tubum connata, supra medium libera horizontalia. Stylus unus sterilis. Parapetala quinque trifida petalorum unguibus inserta, basi biglandulosa. Foem. Glandula bifida erecta. Styli tres bifidi. Stigmata simplicia. Capsula globosa trifurca, trivalvis: loculis monospermis.

pulchella L., foliis ovatis integerrimis: floribus axillaribus confertis: pedunculis unifloris petiolo brevioribus.

h. in frigidario. Frutex.

A. *Stamina antheraeque libera.*

B. *Ovarium superum.*

1. *Corolla polypetala.*

2. *Eparapetaloides.*

3. *Calyx polyphyllus.*

FLORES GLUMOSI.

SÉMEN INCRUSTATUM.

MELICA. *Linnæi. Gaertner. II. p. 5. T. 80.*

Calyx 1 - 2 - 3florus bivalvis: valvis membranaceis aridis ovatis inaequalibus muticis saepe coloratis. Corolla: valvis ventricosus clausis. Stamina tria. Styli duo. Stigmata plumosa.

mosa. Rudimentum flosculi fatui pedicellatum terminale. Glandula bifida. Semen nitidum.

nutans L., racemo secundo simplici nutante: floribus binis hermaphroditis. *Icon. Schreber Gram. p. 62. T. VI. f. 2.*

h. in sylvis, prope *Gieselberg an der Schneisse. Im Koelber Wald.* Perennis.

uniflora, racemo secundo basi ramoso nutante: flosculo altero hermaphrodito, altero neutro. *Rhezii Obs. II. p. 10.*

h. cum priori. Perennis.

decumbens, culmo decumbenti: panicula arcte contracta: spiculis ovaris 4-6 floris hermaphroditis: calycibus longitudine spicularum: viridibus margine membranaceis scariosis. *Weber spicil. Fl. Goett. p. 3. Festuca decumbens. Linn. Icon. Leers p. 34. Tab. VII. fig. 5.*

Gramen triticum palustre humilius spica brevior. *Morison. III. Sect. 8. Tab. 1. fig. 6.*

Spiculae ovatae et rudimentum flosculi fatui a *Festuca* et *Poa*, quibuscum *Scopoli* ac *Wiggers* coniunxerunt, se iungunt.

h. in pratis siccis, sylvis frequens. Perennis.

altissima L., calycibus bifloris: panicula erecta ramosissima: ramis erectis, secundis.

Gramen avenaceum maius gluma maiore virginianum. *Morison. III. Sect. 8. Tab. 7. fig. 51.*

Culmus orgyalis foliosus. Vaginae fulcatae antrorsum scabrae. Ligula oblonga, lacera, alba. Panicula heteromalla. Calyx valvulis planis subaequalibus rubro-striatis. Corolla valvae virides striatae apice membranaceae: exterior acuta longitudine calycis: interior brevior.

h. H. Perennis.

ciliata L., calycibus bifloris, altero hermaphrodito, altero neutro: valvula corollae exterior margine ciliata.

Obs.

Obs. Spiculae acutae oblongae. Calycis valvula exterior minor membranacea: interior spicula obvolvens. Propter rudimentum pedicellatum et seminibus nudis minime ad arundines est referenda.

h. H. Perennis.

SECALE. *Tournef. Tab. 294. Gaertner. II. p. 9. Tab. 81.*

Flores hermaphroditi. Calyx bivalvis biflorus. Corolla bivalvis: valvula altera ex apice aristata. Stamina tria. Styli duo. Stigmata plumosa. Semen oblongum sulcatum. *cereale L.*, floribus spicatis: valvularum ciliis scabris. Colitur.

TRITICUM. *Tournef. Tab. 292. 293. Linnaei. Gaertner. II. p. 8. Tab. 81.*

Flores masculi et hermaphroditi in eadem planta. Calyx bivalvis multiflorus. Corolla bivalvis: valvula exterior mutica aristata: arista recta ex apice. Stamina tria. Styli duo. Semina oblonga sulcata.

aestivum L., spiculis quadrifloris basi subhirsutis: valvulis exterioribus floralibus aristatis. *Haller. Comment. Goett. p. 5. T. 5. f. 1.*

Colitur. Annua.

hybernum L., spiculis quadrifloris levibus: valvulis floralibus muticis. *Haller. l. c. p. 7. Tab. 1. fig. 2.*

Colitur. Biennis.

glaucum, spica glauca, spiculis 3-4floris: floribus lateralibus duobus fertilibus aristatis: aristas inaequalibus, in medio flosculo uno aut duo sterili mutico, quorum alter fertilis muticus: calycis valvulae bidentatae. *Triticum polonicum. L. Morison. III. Sect. 8. Tab. 1. fig. 8.*

h. H. Annua.

monococcon L., spica disticha: calycibus trifloris: flosculis lateralibus hermaphroditis aristatis, intermedio neutro mutico: calycis valvulae tridentatae.

h. H. Annua.

compositum L., spica composita, spiculis confertis aristatis.

Triticum spica multiplici. *Morison. iii. Sect. 8. Tab. 1. fig. 7.*

Spica inferne composita, superne simplex: flosculis lateralibus hermaphroditis aristatis: intermedio neutro mutico: calycis valvulae integrae.

h. H. Annua.

repens L., spica simplici: calycibus 4-6floris: spiculis muticis aristatisve: aristis spiculis brevioribus: caule radicante. *Icon. Schreber Gram. p. 24. Tab. 26. fig. 1-3.*

h. In agris et cultis. Perennis.

AEGILOPS. *Linnaei gen. n. 1572. Gaertner.*

II. p. 467. Tab. 175.

Flores masculi et hermaphroditi in eadem planta distincti. Calyx bivalvis 3-4florus: valvis ovatis truncatis striatis ex apice aristatis. Corolla bivalvis: valvula exteriori maiori aristata: interiori mutica. Stamina tria. Styli duo. Semen oblongum convexum.

ovata L., spica ovata aristis brevioribus: calycibus cartilagineis 3-4 aristatis: aristis longissimis patentibus: 3-4floris.

Festuca graminea annua seu Aegilops capitulis duris. *C. Baub. Morison. iii. Sect. 8. Tab. 7. fig. 10.*

h. H. Annua.

MAYS. *Tournef. Tab. 303 - 305. Gaertner.*

1. p. 6. *Tab. 1. Zea. Linnaei gen. n. 1403.*

Flores masculi et feminei in eadem planta separati. Calyx masculinus bivalvis. Corolla bivalvis. Stamina tria. Fem. Calyx et corolla maris. Stylus unicus longissimus. Sem. receptaculo elongato inserta rotundata nitida.

Zea, floribus masculis terminalibus paniculatis, femineis inferioribus in spicam cylindricam intra vaginam foliaceam reconditis. *Zea Mays, L. Icon. Morison. III. Sect. 8. Tab. 13. fig. 1, 2.*

h. H. Annua.

2. *Seminibus testis valvulis corollae.*

ANTHOXANTHUM. *Linnaei gen. n. 58.*

Flores hermaphroditi. Calyx uniflorus bivalvis acutus. Corolla bivalvis: valvula exterior dorso aristata, arista recta: interior basin versus aristata: arista geniculata calyce paulo longiori. Stamina duo. Styli duo.

odoratum L., panicula spicata oblonga, ante et post florentiam coarctata, flosculis subsessilibus: antheris rubris. *Icon. Schreber. Gram. p. 49. T. V. Leers Herborn. p. 6. Tab. 11. fig. 1.*

h. passim in pratis. Perennis.

ALOPECURUS. *Linnaei gen. n. 102. Gaertner.*

1. p. 2. *Tab. 1.*

Flores hermaphroditi. Gluma uniflora subcompressa. Corolla: valvulis ovato-lanceolatis acutis basi connatis calyce brevioribus, basi aristatis: arista geniculata. Stamina tria. Styli duo.

pratensis L., culmo erecto: spica ovato-cylindrica: glumis villosis trinerviis: arista duplo longiori. *Icon. Schreber. Gram. p. 133. T. 19. fig. 1. Leers Herb. p. 15. T. 2. f. 4.*

h. in pratis. Perennis,

agrestis

agrestis L., culmo erecto: spica tereti: glumis levibus: arista duplo longiori. *Schreber. Gram. p. 140. Tab. 19. fig. 2. Leers Herborn. p. 16. Tab. 2. fig. 5.*

h. ad viam regiam prope Loller. Perennis.

geniculatus L., culmo infracto: spica tereti: glumis villosis: arista vix glumis longiori. *Icon. Morison. iii. Sect. 8. Tab. 4. fig. 15. Leers Herborn. p. 16. T. 2. fig. 7.*

h. in pratis humidis frequens. Perennis.

PHLEUM. *Linnaei gen. n. 109. Gaertner. 1.*

p. 1. Tab. 1.

Flores hermaphroditi. Calyx uniflorus bivalvis compressus truncatus setaceo-bicornis. Corolla bivalvis mutica. Stamina tria. Styli duo. Semen exsulcum.

pratense L., spica cylindrica longissima ciliata, culmo erecto. *Icon. Schreber Gram. p. 102. Tab. 14. Leers Herborn. p. 57. Tab. 3. fig. 1.*

h. in pratis. Perennis.

nodosum L., radice bulbosa: culmo adscendente, spica cylindrica. *Icon. Oederi. Tab. 380. Leers Herborn. p. 17. Tab. 3. fig. 2.*

h. in pratis humidis prope Wehrda. Perennis.

ventricosum, vaginis ventricosis: spica cylindrica composita: glumis levibus. *Phalaris phleoides* Linn. *Phalaris aspera. Jacquini.*

Descriptio. Radix annua fibrosa. Culmi plures pedales erecti ramosi. Genicula 4-5. Vaginae leves ventricosae. Ligula oblonga integra. Folia latiuscula superne retrorsum subscabra, interne levia. Spica rigida uncias 2-3 longa: calycis valvulae carinatae, trinerviae, leves virides margine albido-membranaceo, obtusae, acuminatae, distantes. Corolla valvulis obtusis brevioribus. Antherae albae. Semen exsulcum.

h. H. Annua.

PASPALUM. *Linnaei gen. n. 107. Gaertner. II.*
p. 1. Tab. 80.

Flores hermaphroditi. Calyx bivalvis orbiculatus muticus biflorus. Corolla bivalvis eiusdem figurae et magnitudinis. Stamina tria. Styli duo. Semen convexum tectum exsulcum.

aristatum, panicula disticha secunda: florum valvula exterior sub apice breviter aristata. *Phalaris erucaeformis. Linn.*

h. H. Perennis.

AGROSTIS. *Linnaei gen. n. 111.*

Calyx bivalvis oblongus uniflorus corolla brevior. Corolla: valvulis muticis vel aristatis. Stamina tria. Styli duo. Stigmata longitudinaliter hispida.

1. *Aristatae.*

spica venti L., panicula diffusa: valvula corollae exteriore aristata, arista recta capillacea longissima, *Icon. Leers. Herb. p. 19. Tab. 4. fig. 1.*

h. copiose inter segetes. Annua.

miliacea L., panicula subdiffusa: pedunculis semiverticillatis: calycibus petalis aequantibus: valvula corollae exterior aristata: arista recta duplo longiori.

h. H. Annua.

crinita, panicula ventricosa non diffusa, calycibus basi subventricosus: aristas capillaceis longissimis. *Alopecurus monspeliensis. Linn. Phleum crinitum Schreber. p. 151. Gram. Icon. Tab. 20. fig. 3.*

h. H. Annua.

canina L., calycibus elongatis: petalorum arista dorsali recurva: culmis decumbentibus. *Icon. Oederi, Tab. 161. Leers Herborn. p. 19. Tab. 4. fig. 2.*

h. in pratis humidis. Perennis.

2. *Mu-*

2. *Muticae.*

stolonifera L., articulis inferioribus repentibus, calycibus aequalibus: paniculata divaricata pauciflora. *Icon. Leers. Herborn. p. 20. Tab. 4. fig. 6.*

h. copiose ad vias inque sylvis. Perennis.

capillaris L., panicula capillari patente: calycibus subulatis aequalibus hispidiusculis coloratis. *Icon. Leers Herb. Tab. 4. fig. 3.*

diandra, panicula oblonga contracta: floribus subulatis muticis diandris: foliis convolutis, *Rhezii Obs. V. p. 19.*

Descriptio. Radix annua. Culmi erecti bipedales, leves, glabri, inferne ramosi. Genicula tria glabra. Vagina glabra levis. Ligula corona ciliata. Folia superne retrorsum scabra. Panicula erecta albida. Calycis valvulae albidae glumis corollae breviores. Stamina duo. Styli duo. Stigmata alba penicilliformia.

h. H. Annua.

cinna, panicula contracta caerulefcenti-glaucâ mutica: floribus acuminatis submonandris: foliis planis scabris. *Rhezii Obs. V. p. 18. Cinna arundinacea. L.*

h. H. Perennis.

CALAMOGROSTIS. *Roth. Fl. Germ. Tom. II. p. 87.*

Flores hermaphroditi Calyx bivalvis uniflorus: valvis acutis muticis. Corolla bivalvis mutica, vel valvula exteriori aristata, arista e basi: valvis basi pilis cinctis. Stamina tria. Styli duo. Semen tectum oblongum.

arundinacea, culmo erecto: panicula oblonga, petalo interiore basi piloso: exteriori glabro: arista e basi tortili calyce longiore. *Roth. Agrostis arundinacea. Linn.*

h. copiose in fossa diaboli prope Wehrda. Perennis.

epijegos, panicula stricta: corollis exiguis basi pilosis acutis muticis: foliis glabris: culmo erecto. *Arundo epijegos. L.*

h. in udis. frequens in der Lummersbach prope dem Neuhof. Perennis.

ANDROPOGON. *Linnaei gen. n. 1566.*

Flores polygami. Calyx bivalvis uniflorus: valvulis oblongis obtusis: exteriora concava amplectens interiorem, basi cincta lanugine. Corolla bivalvis calyce brevior: valvis floribus hermaphroditis aristatis: arista longissima terminali capillacea: floribus masculinis valvis corollae muticis. Stamina tria. Styli duo. Semen oblongum calyce, corolla, aristaque persistente, tectum.

1. *Aristatae.*

patulum, spicis fasciculatis levibus undique divergentibus: flosculis alternis subsessilibus secundis aristatis. *Andropogon provinciale. Rhezii Observ. iii. p. 43,*

h. in frigidario. Perennis.

Spicae terminales 15 - 16.

polydactylon L., spicis fasciculatis digitatis erectis: petalis exterioribus aristatis: flosculi inferioris ciliato-barbatis.

h. H. Annua.

2. *Muticae.*

muticum L., spicis digitatis subternis: spiculis secundis muticis pedunculatis. *Icon. Linn Syst. Pl. Ed. Germ. T. 93.*

Descriptio. Radis fibrosa. Culmi plures erecti sesquipedales teretes geniculati leves, ex geniculis ramosi. Genicula 4 - 5. Vaginae ancipites leves. Folia graminea obtusa culmo breviora. Spicis 2 - 3 raro quaternis tunc una spica caeteris subiecta. Calycis valvulae dorso carinatae brevissime aristatae, floribus breviores. Corolla: valvulae aequales muticae fuscae.

h. H. Annua.

DACTYLIS. *Linnaei gen. n. 117.*

Flores hermaphroditi. Calyx bivalvis multiflorus: valvula altera maiore. Stamina tria. Styli duo.

glo.

glomerata L., panicula secunda: spiculis glomeratis.
Icon. Schreber Gram. p. 72. Tab. 8. fig. 2. Leers Herborn.
p. 21. Tab. 3. fig. 3.

h. in pratis, et pomariis copiose. Perennis.

STIPA. *Linn. gen. n. 121.*

Flores hermaphroditi. Calyx bivalvis uniflorus: valvis aristatis: arista terminali longa. Corolla bivalvis: valvula ex apice aristata: arista longissima basi articulata. Stamina tria. Styli duo. Semen oblongum calyce et corolla aristata persistenti tectum.

pennata L., aristas capillaceis plumosis: corollae glumis extus villosis.

Avena capillacea austriaca aristas longissimis pennatis.
Morison. Hist. III. p. 210. Sect. 8. Tab. 7. fig. 9.

h. H. Perennis.

capillata L., aristas nudis apice curvatis: calycibus femine longioribus: foliis intus pubescentibus, extus glabris: panicula patenti.

Festuca longissimis aristas. C. Baub. p. 10. Theatr.
p. 153.

Culmus erectus bi - tripedalis teres glaber. Genucula tria glabra. Vaginae glabrae retrorsum scabrae. Folia plana extus retrorsum scabra. Panicula ante anthesin folio involuta panicula longiori. Pedicelli patentes leves bi - quinquefidi. Calycis valvulae virides albidae nec spadiceae aristatae aequales, femine longiores. Corolla basi extus hirsuta. Arista longissima levissima.

h. H. Perennis.

LAGURUS. *Linnaei gen. n. 123. Gaertner. I.*

p. 3. Tab. I.

Flores hermaphroditi. Calyx bivalvis uniflorus: arista terminali pennata. Corolla bivalvis: valvis inaequalibus: maiore

maiore aristis tribus nudis. Stamina tria. Styli duo. Semen sulcatum.

ovatus L., spica ovata villosa aristata mollis: culmo erecto. *Icon. Schreber Gram. p. 143. Tab. 19. fig. 3.*

h. H. Annua.

AIRA. *Linnaei gen. n. 112. Gaertner. I. p. 4. Tab. 1.*

Flores hermaphroditi. Calyx bivalvis biflorus: flosculis subsessilibus calyce vix longioribus. Corolla bivalvis mutica, aut e basi aristata: arista geniculata, absque rudimento flosculorum fatuorum. Stamina tria. Styli duo. Semen oblongum tectum.

altissima, panicula patentissima: arista recta longitudine calycis: valvis corollae basi villosis aristatis: foliis planis. *Aira caespitosa. Linn. Leers Herborn. p. 23. T. 4. fig. 8.*

Gramen segetum altissimum panicula sparsa. *C. Bauh. Morison. III. Sect. 8. Tab. 5. fig. 1.*

h. frequens in pratis. Perennis.

flexuosa L., pedunculis flexuosis: panicula divaricata: aristis calyce longioribus: foliis setaceis. *Leers Herborn. p. 23. Tab. 5. fig. 1.*

Gramen nemorosum panicula alba capillaceo folio. *Morison. III. Sect. 8. Tab. 7. fig. 9.*

h. copiose in sylvis et collis. Perennis.

canescens L., panicula contracta: aristis longitudine calycis subelavatis: foliis setaceis.

Gramen loliaceum foliolis iuncea oblongis radice alba. *Morison. III. Sect. 8. Tab. 3. fig. 10.*

h. in agris Wetteraviae prope Crofdorf. Perennis.

praecox

praecox L., panicula spicata subcylindrica: arista e basi calyce longiori: foliis setaceis: culmo erecto digitali. *Icon. Oederi. Tab. 383.*

h. copiose am *Lahnberg* locis tenui gramine vestitis: quoque im *Kölber Wald.* Annua.

caryophyllaea L., panicula divaricata: flosculis distantibus: arista e basi calyce longiori: foliis setaceis emarcidis. *Icon. Oederi. Tab. 382. Leers. Herborn. p. 24. T. 5. f. 7.*

h. copiose in aridis. *Am Schloßberg. Am Lahnberg.* Annua.

Culmus digitalis spithameus.

MOLINIA. *Schrank. Fl. Bavar. n. 201.*

Flores hermaphroditi. Calyx biflorus, bivalvis: valvis inaequalibus lanceolatis acutis. Corolla: valvulae calyce longiores conico involutae: corpusculum pedicellarum inter flosculos ut in *Melicis.* Stamina tria. Styli duo. Semen valvis corollae tectum.

caerulea, panicula coarctata: culmo basi incrassato: antheris stigmatibusque purpurascens. *Melica caerulea.* L. *Icon. Oederi. Tab. 293. Leers Herb. p. 22. Tab. 4. fig. 7.*

A *melica* figura calycis et corollae et sem. tectis discrepat: item ab *aira* flore imperfecto.

h. copiose in pratis udis, locis humidis sylvarum. Perennis.

HOLCUS. *Linnaei species.*

Flores polygami. Calyx bivalvis bi-triflorus: valvis oblongis membranaceis acutis inaequalibus. Corolla bivalvis: valvulis inaequalibus calyce brevioribus. Flores hermaphroditi mutici: masculi aristati: arista dorsali. Semina oblonga, utrinque acuta: calyce, corolla tecta. Stamina tria. Styli duo.

mollis

mollis L., spiculis glabris: carina subciliatis: arista albida geniculata recta calyce longiori: valvis corollae albidis viride-striatis. *Icon. Schreber. Gram. p. 149. Tab. 20. fig. 2.*
Leers Herborn. p. 218. T. VII. fig. 7.

h. in pratis passim prope Wehrda. Perennis.

lanatus L., spiculis pubescentibus: arista uncinata calyce breviori. *Icon. Schreber Gram. p. 145. Tab. 20. fig. 1.*
Leers Herborn. p. 219. Tab. VII. fig. 6.

h. copiose in pratis. Perennis.

avenaceus, calycibus trifloris: spiculis glabris: valvis corollae basi pilosis arista refracta fusca calyce longiore. *Scopoli Fl. Carn. n. 1239. Wiggers primitiae fl. Holf. n. 775. Avena elatior Linnaei. Icon. Schreber. Gram. p. 25. Tab. 1. Leers Herborn. p. 40. Tab. X. fig. 4.*

Variat floribus omnibus aristatis.

h. H. Perennis.

BRIZA. *Linn. gen. n. 115. Gaertner. I. p. 4. T. 1.*

Flores hermaphroditi. Calyx bivalvis multiflorus: valvis concavis muticis. Corolla bivalvis valvis inaequalibus cordatis obtusis inflatis interiore minore. Stamina tria. Styli duo. Semen compressum orbiculatum, corolla rectum.

virens L., spiculis triangularibus viridibus concoloribus 7-10floris: calyce valvis corollae aequali.

Gramen temulum minus locusta deltoide. *Morison. III. Sect. 8. Tab. 6. fig. 47.*

h. H. Annua.

media L., spiculis ovato-cordatis coloratis 7floris calyce valvis corollae breviori. *Leers Herb. p. 25. T. 7. fig. 2. Oederi. Tab. 258.*

h. in pratis et pomariis. Perennis.

maxima L., panicula simplex: spiculis maximis ovato-cordatis, 12-17floris coloratis. *Jacquin Obs. 3. p. 10. Icon. Tab. 60.*

h. H. Annua.

oblonga,

oblonga, spiculis oblongis 9 - 20floris, compressis, flosculis distichis: culmo decumbenti: panicula patenti. *Briza eragrostis*. Linn.

Gramen filicinum, seu paniculis elegantissimis. *Morison. III. Sect. 8. Tab. 8. fig. 52.*

h. H. valde luxuriat, et sponte quotannis provenit. *Annua.*

disticha, spica disticha, spiculis compresso-planis lanceolatis alternis sessilibus levissimis 10 - 20floris.

Cynosurus ficulus. *Jacquin. Observ. II. p. 22. Icon. Tab. 43.*

Gramen filiceum paniculis integris. *Boccou. sic. p. 62. Tab. 33.*

h. H. *Annua.*

Defectus involucri non responderet caractere *Cynosuri*.

POA. *Linn. gen. n. 114.*

Flores hermaphroditi. Calyx bivalvis muricus multiflorus: valvis ovato-oblongis. Corolla: valvis oblongis acutis margine scariosis, calyce longioribus. Spiculae ovatae oblongae compressae. Stamina tria. Semina oblonga corolla tecta.

1. *Spiculis multifloris sexfloris et ultra.*

altissima, culmo orgyali: panicula diffusa pedali: spiculis lineari-lanceolatis 6 - 10floris coloratis: foliis latissimis. *Poa aquatica*. Linn. *Leers Herb. p. 26. T. 5. fig. 5.*

Gramen paniculatum aquaticum latifolium. *Morison. III. Sect. 8. Tab. 6. fig. 25.*

h. in fossis et piscinis. prope Bürgel. *Perennis.*

salina, culmo basi subrepente tripedali: panicula diffusa: spiculis linearibus 7floris: valvis omnibus obtusissimis. *Pollich. 1. p. 89.*

h. ad salinas Nauheimenses. *Perennis.*

arun-

arundinacea, foliis convolutis: culmo erecto: panicula coarctata: spiculis subtetibus muticis 10 - 12floris coloratis.

Descriptio. Radix fibrosa, minime repens, perennis. Culmus levis teres pedalis sesquipedalis erectus glaucus. Folia culmo breviora, convoluta subrigida levissima glauco-viridis. Vaginae leves. Ligula albida oblonga obtusa membranacea. Panicula ramosa ramis erectis, duobus ex uno loco. Axis scabra. Calycis valvulae virides acutae, ovato-lanceolatae. Corollae valvulae calyce longiores: exteriori ovata acuta: interiori obtusa: ad apices rubellae, albedo-membranaceae. Antherae flavae. Semen oblongum utrinque acutum. Semina sub nomine *Poae arenariae* *Gonani* accepti.

h. H. Perennis.

radicans, culmo inferne radicante: panicula ramosissima flaccida: spiculis lanceolatis 9 - 10floris subcompressis: glumis corollinis apice violaceo-purpureis.

Descriptio. Radix fibrosa annua. Culmi bipedales inferne ramosi radicantes, decumbentes. Genicula 5 - 6. fusco-purpurea. Loco ligulae ciliae. Folia apicem versus retrorsum scabra, basin versus levia. Panicula erecta spithamea longiorque. Pedunculis inferioribus subverticillatis: superioribus alternis. Calycis valvulae dorso per lentem visae pilosae. Corollarum valvulae dorso pilosae. Antherae purpureae. Flores omnes fertiles. Semina nitida oblonga.

Semina sub nomine *Poa* teff Arabum mihi transmissa sunt.

h. H. Annua.

alpina vivipara L., panicula contracta ramosissima: spiculis sexfloris ovatis acutis, glumis exterioribus dorso villosis.

h. H. Perennis.

Flores superiores spicularum in foliola quatuor involuta inaequalia recurva uncialia basi fusco-purpurea excreseunt.

rigida

rigida L., panicula coarctata secunda: spiculis sexfloris linearibus alternis rigidis viridibus concoloribus. *Gerard. Gallo-prov. p. 90.*

Gramen Loliaceum murorum duriusculum spica erecta rigida. *Morison. iii. Sect. 8. Tab. 2. fig. 9.*

h. H. Annua.

compressa L., culmo compresso obliquo, glumis distichis sexfloris. *Halleri. Leers Herborn. p. 30. Tab. V. fig. 4. Icon. Vaillant. Tab. 18. fig. 5.*

h. frequens in muris urbis. Perennis.

2. *Spiculis paucifloris 2-5 floris.*

trivialis L., panicula subdiffusa: spiculis 3-5 floris basi pubescentibus: culmo erecto tereti spithameo pedali. *Pollich. n. 88.*

h. ad viam quae ducit ab Okershausen versus der Schneisse. Annua.

angustifolia L., panicula diffusa: spiculis 4-5 floris pubescentibus: culmo erecto tripedali. *Leers Herb. p. 27. t. 6. f. 3.*

Gramen pratense paniculatum maius angustiore folio. *Morison. iii. Sect. 8. Tab. 5. fig. 19.*

h. copiose in pratis, ad vias. Perennis.

rubens, panicula patula: spiculis ovatis 3-5 floris acutis glabris: culmo tri-quadripedali basi incurviusculo compresso: foliis latis brevibus.

Planta tota panicula imprimis panicula peracta foecundatione rubescit.

h. in Hassia inferiori in pratis prope Eiterhagen. Perennis.

triflora, calycibus constanter trifloris: culmo erecto tripedali: panicula diffusa: spiculis glaberrimis ovatis distichis acutissimis.

Poa culmo recto locustis trifloris glaberrimis: calycibus aristatis. *Halleri n. 1423. Scheuchz. Agr. append. ii. n. 49.*

Poa panicula erecta spiculis trifloris, glabris, corollis acuminatis, calyce duplo longioribus. *Gerard Gallo. prov. p. 91. n. 11. Icon. Tab. 2. fig. 1. bona.*

Poa Gerardi *Allione Fl. Pedem. 11. n. 2201.*

Obj. Spiculae constanter triflorae virides nunquam coloratae. Culmus quadripedalis, a *Poa sylvatica* Pollichii plane diversa.

h. in sylvis Hassiae inferioris. frequens *am Habichtswald.* Perennis.

pratensis L., panicula diffusa: spiculis ovatis 3-5floris: calycibus scabris: corollis subvillosis: culmo erecto. *Leers Herb. p. 28. Tab. 6. fig. 4.*

h. in pratis prope *der Cappelner Mühle.* Perennis.

Spiculae nunquam coloratae semper flavo-virescentes.

annua L., panicula patentissima divisa subsecunda: spiculis ovato-lanceolatis 3-7floris: culmis decumbentibus. *Leers Herb. p. 29. Tab. 6. fig. 1.*

h. copiose ad vias, in hortis et agris. Annua.

palustris L., panicula diffusa patens: spiculis ovatis 2-3floris, basi et dorso subvillosis: culmo basi stolonifero erecto 3-4pedali, scabro. *Leers Herb. p. 28. Tab. 6. fig. 5.*

h. in pratis udis prope *Gieselberg.* Perennis.

divaricata, panicula patula: ramis geminatis divaricatis: spiculis 2-4floris. *Gouan Illustr. Bot. p. 4 Icon. T. 2. f. 1.*

Descriptio. Radix fibrosa annua. Culmi plures erecti, leves, glabri, spithamei semipedales. Genicula quinque fusca: Vaginae glabrae. Ligula oblonga. Folia convoluta aut ex prima ramificatione incurva: calycis valvulae obtusae minimae. Spiculae oblongae virides. Antherae fusco-purpureae.

h. H. Annua.

nemoralis L., panicula aenuata: spiculis subbifloris mucronatis scabris: culmo erecto. *Leers Herborn. p. 30. Tab. 5. fig. 3. Icon. Oederi. Tab. 749.*

h. *im Koelber Wald.* Perennis.

cristata

cristata L., panicula spicata: calycibus scaricis mucronatis carina scabris: tri-quadrifloris: valvis corollae subaristatis: culmo erecto. *Leers Herb. p. 31. Tab. 5. fig. 6.*

Collinaria. Ehrhart phyt. n. 32.

Gramen spica cristata subhirsutum. *C. Baub. Morison. III. Sect. 8. Tab. 4. fig. 7.*

h. in pratis prope Wehrda. Perennis.

Pars spiculae florentis patula, dein in spiciformem contracta.

FESTUCA. *Linnaei gen. n. 119.*

Calyx bivalvis multiflorus. Corolla bivalvis arista ex apice. Stamina tria. Styli duo. Semina oblonga tecta. Spiculae oblongae teretiufculae.

1. *Panicula secunda.*

ovina L., culmo terragono erecto setaceo nudiusculo: panicula angustata: spiculis aristatis muticisve: foliis setaceis. *Leers Herb. p. 32. Tab. 8. fig. 3.*

h. in collibus aridis, sylvis copiose. Perennis.

rubra L., panicula patula secunda: pedunculis scabris: primariis geminis: spiculis 5-6floris pubescentibus scabris aristatis, defloratis cum culmo rufescentibus. *Leers Herborn. p. 33. Tab. 8. fig. 1.*

Var. α . angustifolia,

β . latifolia calycibus octo floris. *Schreber Spicileg. p. 87.*

h. α . am Lahnberg inque pratis prope Wehrda frequens. β . in pratis et hortis. Perennis.

Obs. Folia radicalia setacea, culmi duo plana.

duriuscula L., panicula secunda patula: spiculis 5-6floris brevissime aristatis: foliis omnibus setaceis. *Icon. Oederi. Tab. 848.*

h. am Lahnberg prope Bauerbach. Perennis.

Florescu-

Flosculum ultimum in hac ut in antecedente semper sterilem inveni.

spadicea L., panicula secunda patula: calycibus octofloris: spiculis teretibus flosculo ultimo sterili: valvis corollae exterioribus aristatis: ramificatione paniculae glandulosa: glandula alba bifida.

Descriptio. Culinus erectus quadripedalis. Folia pedalia lata retrorsum scabra. Stamina albida. Corollarum valvulae apice spadiceae.

h. H. Perennis.

elator L., panicula subsecunda calycibus 6-10floris: spiculis subcompressis, subaristatis: culmo 2-4pedali. *Leers Herb. p. 35. Tab. 8. fig. 6.*

h. passim in pratis et hortis. Perennis.

fluitans L., panicula secunda ramosa: pedunculis horizontalibus: spiculis teretibus 7-12floris inermibus: florentibus strictis. *Icon. Schreber Gram. p. 37. Tab. 3. Leers Herborn. p. 35. Tab. 8. fig. 5.*

h. in fossis, aquis stagnantibus. Perennis.

2. Panicula aequali.

clavata, pedicellis clavatis compressis geniculatis: panicula patula: spiculis quinquefloris: valvis corollae longe aristatis. *Bromus stipoides. Linn.*

A Bromis differt arista terminali, quae Characterem praebet essentialem Bromi.

h. H. Annua.

3. Spicatae.

juncea, spica simplici: calycibus 5-6floris truncatis: culmo duro: vaginis villosis: foliis levibus involutis. *Triticum iunceum. L.*

Gramen angustum spica tritici mutici simile. *Morison.*
iii. Sect. 8. Tab. 1. fig. 5.

Variat spiculis muticis aut aristatis.

h. H. Perennis.

A Tritico plane differt seminibus tectis.

pinnata, spica erecta: spiculis alternis teretibus patulis
 sessilibus 8-10floris pubescentibus muticis aristatisve: aristis
 valvis brevioribus. *Bromus pinnatus. Linn.*

h. frequens in sylvis. Perennis.

gracilis, spiculis alternis sessilibus teretibus subnutanti-
 bus 7-10floris, levibus villosisve: aristis longitudine valvu-
 larum. *Bromus gracilis. Wergel Obj. bot. p. 15. Tab. 1.*
fig. u. Roth. Fl. Germ. ii. p. 145.

h. am Rbinberg prope Caldern. Perennis.

nutans, spica simplex florifera erecta fructifera nutans:
 spiculis levibus trifloris aristatis: radice fibrosa non repente.

Obs. Spiculae omnes solitariae alternae rachi adpressae,
 constanter triflorae, nec infimae geminae.

An *Elymus caninus Linnaei*?

h. am Rbinberg prope Caldern. Perennis.

diandra, spica subcompressa erecta aspera solitaria ge-
 minave 20flora: flosculis diandris aristatis: calycis valvulis
 acuminatis: culmo erecto: geniculis incurvis. *Bromus dy-*
stachios Linnaei.

Arista terminalis characterem Bromi respuit, et semi-
 na tecta Tritici.

h. H. Annua.

BROMUS. *Linnaei gen. n. 120.*

Flores hermaphroditi. Calyx bivalvis multiflorus. Co-
 rolla bivalvis: valvis corollae exterioribus sub apice aristatis.
 Stamina tria. Styli duo. Spiculae ovatae oblongae. Se-
 mina oblonga corolla tecta.

secali-

secalinus L., panicula florifera patente: fructifera nutante: spiculis ovatis compressis 8 - 12floris: margine membranaceis: aristis subflexuosis corollis brevioribus: seminibus distinctis. *Rotb. Fl. Germ.* 11. p. 133. *Leers Herborn.* p. 36. *Tab. 11. f. 2.*

Gramen avenaceum maius fegetale gluma turgidiore. *Morison. 111. Sect. 8. Tab. 7. f. 16.*

h. copiose in agris imprimis inter secale. **Annua.**

mollis L., panicula erecta: spiculis ovatis subcompressis 5 - 7floris pubescentibus: aristis rectis: foliis mollissime villosis. *Leers Herborn.* p. 37. *Tab. 11. fig. 1.* *Schreber Gram.* p. 60. *Tab. 6. fig. 1.*

h. in agris et pratis, secus vias. **Biennis.**

distichus: panicula patula: spiculis compressis nutantibus distichis 7 - 9floris: valvis oblongis acutissimis scabris: arista recta corolla longiore rigida: pedunculis scabris. *Bromus sterilis.* *Linu.* *Leers Herborn.* p. 37. *Tab. 11. fig. 4.*

Festuca graminea annua sterilis spicis dependentibus. *Morison. 111. Sect. 8. Tab. 7. fig. 11.*

h. passim in muris, ad vias et margines agrorum. **Perennis.**

purgans L., panicula nutante: foliis utrinque nudis: vaginis pilosis: spiculis villosis oblongis 6 - 8floris.

Descriptio. Radix fibrosa perennis. Culmi plures erecti, firmi, foliosi, quadripedales. Folia margine scabriuscula: vaginae sub foliis hirsutae. Ligula brevis fusca ciliata. Pedunculorum basis bulbosa. Spiculae teretes virides, imbricatae, margine membranaceae. Calycis valvula exterior truncata: sub apice aristata: interior acuta. Corollae valvula exterior aristata: arista recta corolla breviori. **Semina oblonga.**

h. H. **Perennis.**

squarrosus L., panicula nutante: spiculis ovatis 12 - 14floris: aristis divaricatis.

h. H. **Perennis.**

asper

asper, panicula nutante: vaginis pilosis asperis: spiculis lanceolatis teretibus 6 - 7 floris: aristis longioribus. *Bromus montanus*. Pollich. n. 116. *Rhezii Obs.* 1. p. 7. *Bromus altissimus*. Wiggers. p. 9.

Gramen avenaceum dumetorum juba longiore spica divisa. *Morison* III. Sect. 8. Tab. 7. fig. 27.

Descriptio. Radix fibrosa perennis. Culmus 4 - 5 pedalis levis erectus. Vaginae striatae inferne retrorsum pilosae: folia utrumque glabra. Pedunculi scabri. Glumi leves, carina scabra.

Variat spiculis 6 - 7 - 8 - 10 floris arista recta.

h. *Am Rhinberg* prope *Kaldern*. *Am Labenberg* bey *Koelbe*. Annua.

versicolor, panicula patente: spiculis lanceolatis coloratis teretibus levibus 7 - 9 floris: aristis subpatulis longioribus. *Pollich*. n. 109.

Aegilops maior caule et foliis arundinaceis locustis glabrioribus ex fusco xerampelinis. *Dillen*. nov. sp. p. 60.

Descriptio. Radix fibrosa annua. Culmi pedales sesquipedales erecti leves. Vaginae pilosae pubescentes. Ligula brevis crenulata. Panicula erecta. Pedunculi retrorsum scabri. Calycis valvulae dorso rubro-striatae. Corollae valvula exterior uti calyx rubro-striata: margine membranaceo albido. Arista recta fusca. A priori quocum in *Syst. Plant. L.* coniunctum, valde discrepat.

h. prope *Amoeneburgum* inter segetes et ad vias. Annua.

rectorum L., panicula nutante subsecunda: spiculis teretibus levibus 5 floris: pedunculis villosis: glumis imbricatis: aristis flaccidis: culmo spithameo. *Leers Herb.* p. 38. Tab. 10. fig. 2.

h. in muris, *bey der Siebe*. Biennis.

giganteus L., panicula nutante: spiculis teretibus lanceolatis: 5 - 9 floris: pedunculis scabris: vaginis striatis: aristis capillaribus subflexuosis basi rubellis: culmo erecto qua-

dripedali. *Icon. Schreber Gram. p. 88. Tab. 11. Leers Herborn. p. 39. Tab. 10. fig. 1.*

h. *im Koelber Wald. Am Rbinberg prope Kaldern.*
Perennis.

rigidus, panicula contracta erecta: spiculis multifloris lato-lanceolatis rigidis: floribus diandris: aristis rectis rigidis. *Rotb. Diar. Bot. Fasc. X. p. 21. Bromus rubens. Linn.*

Plantâ peractâ foecundatione tota rufescit.

h. H. *Annua.*

capillaris, panicula patula laxa subnutante capillari: ramis omnibus simplicibus alternis basi pilosis: spiculis alternis sessilibus 4-5floris ovatis compressis: arista brevis recta.

Descriptio. Radix fibrosa annua. Culmi subcompressi erecti pedales leves. Geniculae 2-3. Vaginae glabrae. Ligula nulla. Folia lata infra glabra, supra deorsum scabra, basin versus pilosa. Rami paniculae alterni solitarii uncias 4-6 longi: spiculae scabrae lineam unam longae. Calyx muticus valvis inaequalibus, altera breviori: rubellus dorso viridi-scaber. Valvula corollae exterior infra apicem aristata: arista recta rubella rigida valvula longiori. Semen rectum.

Sub nomine Poae capillaris semina accepi, a qua vero differt, arista dorsalis, et figura paniculae.

h. H. *Annua.*

AVENA. *Tournef. Tab. 267. Linnaei gen. n.*

122.

Flores hermaphroditi. Calyx bivalvis multiflorus: valvis acutis. Valvula corollae exterior aristata arista torta dorsalis aut baseos. Stamina tria. Styli duo. Semen oblongum.

sativa

sativa L., paniculata: spiculis pendulis: flosculo altero aristato: valvulis cartilagineis inaequalibus: seminibus levibus. Variat seminibus albis et nigris.

Colitur.

heteromalla, panicula coarctata secunda: calyce flore maiori, bifloro: gluma maiori cartilaginea. *Haller. Comment. Goett. VI. p. 18. Tab. 4. fig. 32. 33.*

h. H. Annua.

Orientalis, panicula coarctata secunda: spiculis bifloris horizontalibus: parallelis: seminibus levibus. *Schreber Spicileg. n. 987.*

h. H. Annua.

nuda L., paniculata: calycibus quadrifloris: arista dorsali recta nec torta: ultimo flosculo mutico: seminibus decorticatis.

h. H. Annua.

strigosa, panicula subpatula: spiculis bifloris: valvulis exterioribus apice bifidis arista brevi: interioribus arista dorsali longissima: valvis seminiferis nigricantibus. *Schreber. Spicileg. n. 988. Rhezii Obs. II. p. 11.*

h. inter avenam sativam. Annua.

tenuis, paniculata: spiculis erectis subtrifloris: floribus omnibus fertilibus, infimo aristato: arista incurva: reliquis apice bi-aristatis: aristis brevibus erectis. *Avena dubia. Leers Herborn. p. 41. Tab. 9. f. 3. Holcus biaristatus. Wiggers. n. 776.*

Culmus spithameus erectus tenuis.

h. prope Fronhausen et Caldern. Annua.

pubescens L., subspicata: calycibus trifloris basi pilosis: foliis planis pubescentibus. *Leers Herborn. p. 43. Tab. 9. fig. 2. huc pertinet Vaillant Icon. Tab. 18. fig. 1.*

h. passim in pratis, hortis, sylvis. Perennis.

macrocarpa, panicula patula: calycibus quinquefloris: valvis corollae exterioribus et aristis basi pilis nigris, interioribus mucicis. *Avena sterilis*, Linn.

h. H. Annua.

flavescens L., panicula florifera patula flavescens: calycibus trifloris: ultimo flosculo sterili: arista dorsali tenui flosculo longiori. *Icon. Schreber Gram. p. 76. T. 9. Leers Herborn. p. 44. Tab. 10. fig. 5.*

h. abunde in pratis pinguibus. Annua.

fragilis L., spicata: calycibus 6-10floris flosculo-longioribus: spiculis compressis alternis, in receptaculo elongato sessilibus. *Icon. Schreber. Gram. p. 19. Tab. 24. f. 3.*

h. H. Perennis.

pratensis L., subspicata: calycibus 4-5floris: flosculis basi pilosis omnibus aristatis: arista dorsali inferne tetragona, dein torta fusco-rubra: corollis seminiferis fuscis. *Leers Herborn. p. 43. Tab. 9. fig. 1.*

h. in pratis prope Cappel. Annua.

ARUNDO. *Linnaei gen. n. 124.*

Flores hermaphroditi. Calyx bivalvis multiflorus. Corolla bivalvis: valvula exterior basi pilosa. Spiculae lanceolatae acutae. Stamina tria. Styli duo. Semen rectum.

phragmites L., calycibus quinquefloris: spiculis acuminatis coloratis: panicula diffusa. *Leers Herborn. p. 45. Tab. 7. fig. 1.*

Arundo vulgaris palustris. *Morison. III. Sect. 8. T. 8. fig. 1.*

h. in Lambertshäuser Teich. Perennis.

ORYZA. *Tournef. Tab. 269. Linnaei gen.*
n. 699. Miller. Illustr. p. 265. Tab. 19.

Calyx uniflorus bivalvis minimus. Corolla ovata compressa bivalvis: valvis navicularibus cartilagineis inaequalibus: maiori quinque-fulcata ex apice aristata: arista flexuosa. Squamulae duae minimae ad alterum latus ovarii. Stamina sex. Stylus unus bifidus. Stigmata plumosa nec clavata. Semen oblongum obtusum compressum: corollae persistenti rectum.

perennis, culmo erecto tereti levi: foliis superne striatis, retrorsum scabris: panicula ramosa: florifera ramis axi adpressis: frutifera patentiuscula: corollis piloso-scabris: arista longissima albida.

An oryza sativa Linnaei? Ab icone Milleri discrepat. Icones Morisoni et Tournefortii quidem hanc exprimunt demtis aristis: quae in mea flexae nec rectae sunt.

h. in frigidario. Perennis.

INVOLUCRATA: SEMINIBUS TECTIS VALVIS
 COROLLAE.

HORDEUM. *Tournefort. Tab. 295. Gaertner.*

II. p. 10. Tab. 81. Linnaei species.

Involucrum diphyllum cuique flosculo subiectum. Flores hermaphroditi solitarii, aut masculi in eadem spica, sed separati. Calyx praeter involucrum nullus. Spiculae multiflorae. Receptaculum elongatum. Corolla bivalvis: valvulis ex apice aristatis. Stamina tria. Styli duo. Semen oblongum utrinque attenuatum, sulcatum.

I. Spica uniflora.

vulgare L., flosculis omnibus hermaphroditis aristatis erectioribus.

Colitur.

hexa-

hexastichon L., floribus omnibus hermaphroditis, spica sexfariam imbricata. *Halleri.*

h. H. Annua.

distichon L., floribus lateralibus masculis muticis: intermediis hermaphroditis: aristis longissimis rectis. *Icon. Morison. iii. Sect. 8. Tab. 6. f. 1.*

h. H. Annua.

Zeocriton L., floribus lateralibus masculis muticis: intermediis hermaphroditis aristatis: aristis longissimis subpatulis distantibus.

Hordeum distichum spica lata compressa brevior. *Morison. iii. Sect. 8. Tab. 6. fig. 2.*

h. H. Annua.

murinum L., spica subhexastycha: flosculis omnibus aristatis: lateralibus masculis: involucris intermediis basi ciliatis. *Icon. Oederi. Tab. 629.*

h. ad viam regiam ante portam capucinatorum. Annua.

maritimum, spica hexastycha: flosculis omnibus aristatis: lateralibus masculis: intermediis hermaphroditis, aristis flosculorum masculorum involucris brevioribus: hermaphroditorum longioribus. *Rotb. Bot. Abb. p. 12. n. 16.*

Hordeum maritimum: flosculis omnibus aristatis: lateralibus masculis: involucellis scabris: interioribus masculorum semi-lanceolatis. *Vahl Symb. 2. p. 25.*

Hordeum geniculatum, culmo decumbente foliis obrecto: summo spathaceo spicae subiecto: supremo nodo incurvato. *Allione. Fl. Pedem. n. 2274. Tab. 91. fig. 3.*

Hordeum marinum, flosculis lateralibus masculis aristatis: involucre interno florum lateralium semiovato. *Hudson. Fl. angl. ed. 2. p. 57.*

h. H. Annua.

cylindricum, spica cylindrica rigida: spiculis omnibus hermaphroditis unifloris: involucris basi connatis arista brevioribus. *Honkeny Synopsis. Pl. Germ. 1. n. 456. Elymus Euro.*

Europaeus. Linn. *Scheuchz Agrost. Prodr. Tab. 1. Haenkens Bot. Beob. p. 47.*

h. H. copiose in Hassia inferiori *am Dörnberg*. Perennis.

jubarum L., spica erecta: aristis cum involucris capillaceis albidis apice rubellis longissimis: spiculis hermaphroditis unifloris: folio supremo spica longiori. *Elymus crinitus*. Schreber *Gram. p. 15. icon. Tab. 24. fig. 3.*

h. H. Perennis.

2. *Spiculis multifloris erectis.*

cartilagineum, involucris striatis basin versus cartilagineis spiculis bi quinquefloris aristatis, flosculo intermedio neutro mutico: spica folio superiori semi-involuta. *Elymus virginicus*. Linn.

h. H. Perennis.

villosum, spica erecta mutica: spiculis villosis pubescentibus trifloris: flosculo summo masculino: involucris lateris spiculis longioribus. *Elymus arenarius*. Linn. *Icon. Viborg Strand-Gewächse Tab. 2.*

h. H. Perennis.

3. *Spiculis multifloris nutantibus.*

adpressum, spiculis florentibus rachi adpressis: 5 - 7 floris glabris, omnibus aristatis: flosculis supremis sterilibus. *Elymus sibiricus*. Linn.

Gramen spica simplici *Brizae maius*. Morison. *III. Sect. 8. Tab. 6. fig. 4.*

Obs. Spiculae inferiores 2 - 3ve ceterae solitariae.

h. H. Perennis.

patulum, spiculis 3 - 5floris villosis, ante anthesin rachi adpressis florentibus patulis: inferioribus ternis: reliquis geminis

minis oppositis: omnibus aristatis: flosculo supremo sterili.
Elymus canadensis. Linn.

Obs. Spica interdum inferne ramosa et ante anthesin erecta.
 h. H. Perennis.

CYNOSURUS. *Gaertner. 1. p. 5. Tab. 1. Lin-*
naei species.

Flores hermaphroditae. Involucra pinnata aut pectinata.
 Calyx bivalvis 2-4florus. Corolla bivalvis, calyce longior.
 Stamina tria. Styli duo. Semen oblongum sulcatum.

cristatus L., involucris pinnatis: spica secunda: floribus muticis. *Icon. Schreber. Gram. p. 61. Tab. 8. fig. 1.*
Leers Herborn. p. 48. Tab. 7. fig. 4.

h. in pratis frequens. Annua.

echinatus L., involucris pinnato-paleaceis aristatis: racemo secundo glomerato: floribus aristatis: arista terminali: styli duo.

Gramen paniceum spica aspera latiore. *Morison. 111. Sect. 8. Tab. 4. fig. 13.*

h. H. Annua.

WANGENHEIMIA.

Involucrum simplex diphyllum laterale distans: foliis aequalibus concavo-canaliculatis. Calyx nullus. Corolla bivalvis exterior obtusa: interior retusa. Flores hermaphroditae. Stamina tria. Styli duo. Semen oblongum.

disticha, spiculis bifariam sessilibus secundis compressis muticis ovatis glabris 5-6floris: involucris longitudine spicularum. *Cynosurus Lima, Linn.*

Ab Cynosuris differt involucro simplici et defectu calycis proprii.

h. H. Annua.

In memoriam Cl. a *Wangenheim* Auctoris descript.
Pl. American.

L A M A R K I A.

Involucrum spiciforme teres polyphyllum imbricatum obtusum mucicum : tria singulis spiculis , duo floriferis adiuncta. Spiculi triflori. Calyx bivalvis triflorus flosculo intermedio neutro : duobus hermaphroditis. Corolla bivalvis ex apice aristata : arista longissima capillari. Stamina tria. Styli duo. Semen oblongum corolla tectum.

aurea , panicula composita erecta, subsecunda : ramis adpressis : spiculis pendulis : pedunculis involucris tribus : spicis floriferis duobus pedicellis instructis : caule decumbenti.

Cynosurus aureus, Linn., quocum genere ne minimam similitudinem gerit.

h. H. Annua.

In memoriam Cel. *la Mark* auctoris Florae Gallicae.

CENCHRUS. *Linnaei. species.*

Flores hermaphroditi et masculi in eadem planta. Involucrum multifetum, tri-quadriflorum, lacinia una longissima. Calyx membranaceus bivalvis corolla brevior. Corollae valvulis membranaceis carinatis. Stamina tria. Stylus unus. Stigmata duo plumosa. Semen corolla non incrassata tectum.

ciliaris L., fetis involucri flexuosis inferne ciliis rubellis : floribus spicatis : spica simplici : spiculis trifloris mucicis : flosculis duobus hermaphroditis uno masculino : culmo ascendente ramofo.

h. H. Annua.

SEMEN SCLERANTHUM.

TYPHOIDES.

Flores hermaphroditi. Calyx bivalvis membranaceus longitudinaliter connivens, uniflorus : valvulis oblongis acuminatis.

minatis. Corolla bivalvis calyce minor cartilaginea basi pilosa. Stamina tria. Styli duo. Semen ovato - acutum nitidum.

arundinacea, panicula spiciformi ventricosa contracta. *Phalaris arundinacea*. Linn. Leers Herborn. p. 18. Tab. 7. fig. 3.

Gramen arundinaceum acerosa gluma. Morison. iii. Sect. 8. Tab. 6. fig. 41. 43.

h. ad ripas Lahnae prope Wehrda, dem Schützenpfuhl, prope Gieselberg. Perennis.

A *Phalaride* L., differt defectu involucri, et corollis basi pilosis. Ab *Calamogrostide* et *Arundine* femine incrustato.

MILIUM. Tournef. Tab. 298. Species Panicum Linnaei.

Flores neutri et hermaphroditi in eodem calyce. Calyx biflorus, trivalvis: valvula tertia minima. Corolla bivalvis cartilaginea. Stamina tria. Styli duo. Semen corolla cartilagineum. Involucra nulla.

crus galli, spica composita: spiculis alternis coniugatis: valvulis calycis, et pedunculorum basis pilosis scabris: altera valvula calycis aristata: arista terminali longa scabra: rachi quinquangulari. *Panicum crus galli*. L. Leers Herb. p. 13. Tab. 2. fig. 3. Icon. Oederi. Tab. 852.

Variat α . aristis brevioribus β . aristis longissimis.

h. frequens in agris post messem β . locis inundatis prope Koelbe. Annua.

colonum, spicis alternis muticis secundis: rachi teretiuscula. *Panicum colonum*. Linn.

h. H. Annua.

undulatifolium, foliis undulatis: spica composita: spiculis adpressis alternis: valvulis calycis maioribus aristatis: arista exterior longissima, minor acuminata: floribus omnibus hermaphroditis. *Panicum birtellum*. L.

Panicum

Panicum hirtellum: culmo repente ramoso: foliis lanceolatis undulatis: panicula spicaeformi: ramulis remotis, 2-5 floris: flosculis patulis aristatis: aristis viscosis. *Scopoli deliciae. Insubr. iii. Diar. Bot. V. p. 45.*

Descriptio. Radix annua fibrosa. Culmi pedales erecti glabri. Vaginae leves. Folia levia. Rachis trigona margine aspera: ramificationes spicae pilosae. Calycis valvulae quinque-striatae: minima glabra: maiores scabrae: aristae pallide virides, apice albidae. Stamina albida. Antherae purpureae.

h. H. Annua.

membranaceum, rachide membranacea plana flexuosa: racemis subdigitatis approximatis erectis filiformibus: flosculi duo pedicellati: altero pedicello triplo longiori: calycis valvulae striatae. *Panicum aegyptiacum. Rhezii Observ. iii. p. 8.*

h. H. Annua.

coloratum, panicula patenti subnutanti: culmo ramoso erecto: glumis muticis levibus: antheris styloque discoloribus. *Panicum coloratum. Linn.*

Annua est nec in olla perenne. Calycis valvula minima caeteras includit. Styli saturate purpureo-violacei. Antherae croceae.

Descriptio, quae *Scopoli in deliciis Insubr. iii. Diar. Bot. Fasc. V. p. 46.* dedit, ad hanc speciem minime quadrat.

h. H. Annua.

esculentum, panicula laxa flaccida, vaginis hirtis: glumis mucronatis nervosis. *Panicum miliaceum Linnæi.*

Variat seminibus nigris. *Rhezii Obs. ii. p. 11.*

Colitur.

capillare, panicula capillari erecta patente: pedunculis strictis: calycibus acuminatis levibus: culmo erecto: vaginis hirtis.

hirsutissimis scabris. *Panicum capillare*. Linn. Rhezii Obs. iii. p. 9.

Obs. Pedunculi retrorsum scabri. Calycis valvulae 3, minima rubella: maiores virides rubro-striatae: antherae violaceae.

h. H. Annua.

latifolium, panicula exserta simplici: foliis ovato-lanceolatis. *Panicum latifolium*. L.

Milium virginianum lato brevique folio. Morison. iii. Sect. 8. Tab. 5. fig. 4. icon. bona.

Descriptio. Radix perennis repens fibrosa. Culmi ramosi decumbentes: vaginae hirtae fuscae. Folia supra subpilosa: infra glabra. Ligula nulla. Panicula patens ex ramis lateralibus terminalibusque.

h. H. Perennis.

clandestinum, foliis lanceolatis subsecundis, utrinque glabris: culmo ramoso decumbenti: panicula vaginalis exsertaque. *Panicum clandestinum*. Linn.

Obs. Ab antecedente inprimis differt figura et situ foliorum, quae minime in hac specie ovato-lanceolata sunt ut in illa: caeterum panicula quoque exserit ut in latifolio.

h. H. Perennis.

attenuatum, panicula attenuata: culmo erecto: foliis lanceolatis vaginis levibus glabris. *Panicum brevifolium*. Linn. var. fol. lanceolatis.

h. H. Annua.

MILIARIUM. Plinii.

Flores hermaphroditi. Calyx bivalvis uniflorus. Corolla bivalvis. Stamina tria. Styli duo. Semen nitidum crustaceum albidum.

effusum, panicula ramosa diffusa: ramis floriferis horizontalibus: fructiferis reflexis: culmo erecto. *Milium effusum*. Linn. Leers Herb. p. 18. Tab. 8. fig. 7.

Gra-

Gramen sylvaticum, panicula miliacea sparsa. *C. Baub. Morison. iii. Sect. 8. Tab. 5. fig. 10.*

h. passim in monte Lahnae. Perennis.

DIGITARIA. *Halleri Hist. Tab. 2. p. 244. Alliance Fl. Pedem. Tab. 2. p. 238.*

Flores neutri et hermaphroditi in eodem calyce. Calyx bivalvis. Corolla, stamina, styli, semina ut in milio.

sanguinalis, culmo decumbenti: vaginis foliorum rubro-punctatis: spicis digitatis: flosculis geminis muticis. *Panicum sanguinale. Linn. Leers Herborn. p. 14. T. 2. f. 6.*

Obs. Nunquam valvulam tertiam calycis, quam multa examinavi, mihi licuit observare.

h. prope Wehrdam citra pontem. Annua.

KYLLINGA. *Rottböll. Gram. p. 12. Linnaei gen. n. 91.*

Flores hermaphroditi. Amentum ovatum sive oblongum imbricatum. Calyx bivalvis uniflorus. Corolla bivalvis. Stamina tria. Stylus unus. Stigmata duo triave. Semen triquetrum villis destitutum.

triceps L., capitulis terminalibus subternis glomeratis sessilibus niveis. *Rottböll Gram. p. 14.*

h. H. Annua.

PANICASTRELLA *Micheli. Cenchrus Linnaei. Gaertner. 2. p. 4. Tab. 80.*

Flores monoici in eadem planta. Involucrum monophyllum hispidum echinaceum lacerum cartilagineum semen obvolvens. Calyx trivalvis. Corolla bivalvis. Stamina tria. Stylus unus. Stigmata duo plumosa.

capitata, flores capitati: capitulo solitario simplici: involucreo sexdentato dentibus rigidis unico longissimo, bifloro: flosculo altero hermaphrodito, altero masculino: culmo erecto: geniculo unico. *Cenchrus capitatus*. Linn.

Gramen echinatum spica subrotunda. C. B. Moris. iii. Sect. 8. Tab. 5. fig. 1. bona.

h. H. Annua.

muricata, spica oblonga: spiculis glomeratis: involucreo 2 - 3 floro echinaceo: spinis distantibus: superioribus erectis conniventibus rubellis: culmo ascendente ramoso: *Cenchrus echinatus*. Linn. Icon. Schreber Gram. p. 9. Tab. 23. fig. 1.

h. H. Annua.

PANICUM. Gaertner. I. p. 2. Tab. I. Linn.
species.

Flores monoici. Involucrum multifetum monophyllum. Calyx trivalvis: valvula tertia minima: biflorus: flosculo altero hermaphrodito, altero masculino. Stamina tria. Styli duo. Semen ovatum acuminatum.

flavescens, setis involucri flavescentibus: culmo depresso: spica simplici: calyce pubescenti: seminibus striis transversis undulato - rugosis. An *Panicum glaucum* Linnaei? Leers Herborn. p. 12. T. II. fig. 7. Kroker Fl. Silesiaca 1. p. 86.

Panicum spica unica: flosculis sessilibus solitariis, setis numerosis. Halleri Hist. 2. n. 1542.

Obs. Culmus constanter depressus, nec unquam erectus: spicis simplicibus et setis flavicantibus numerosis, characterem distinctivum, ab aliis speciebus facile discernendum, praebent.

h. post messem copiose in agris. Annua.

bicolor, setis involucri violaceo - albidis: spica subcomposita: calycibus glabris: culmo decumbenti erectove seminibus nervosis. *Panicum viride*. Linn. Leers Herborn. p. 13. Tab. 2. fig. 2. Roeb. Fl. Germ. II. p. 70.

Culmo

Culmo decumbenti erectove: calycibus glabris: setis minoribus 3-5 longioribus, a priori satis divertum est.

h. cum priori. Annua.

glomeratum, spicula composita nutans: spiculis glomeratis: involucri depauperatis, bi-trifetis spiculis longioribus: pedunculis hirsutis: seminibus nitidis levibus sub flavescensibus. *Panicum Italicum*. Linn.

Panicum Italicum; racemo contracto pendulo: spiculis unifetis, foliis quatuordecim striatis asperis. *Scopoli deliciae*. *Insubr. Diar. Bot. V. p. 45.*

Obs. Culmus erectus tripedalis: spica nutante: axi villosa.

h. H. Annua.

SORGHUM. *Holcus Linnaei*. *Gaertner. 2. p. 4. Tab. 80.*

Flores polygami. Calyx bivalvis, uni-bi-triflorus: valvulis florum hermaphroditorum cartilagineis subrotundis: florum masculinorum oblongis membranaceis carinatis. Corolla bivalvis: valvula altera florum hermaphroditorum e dorso aristata: arista geniculata: florum masculinorum mutica. Stamina tria. Styli duo. Semen exsulcum subrotundum.

saccharatum, glumis omnibus villosis: panicula florifera patenti: pedunculis temiverticillatis: culmo inferne radicante. *Holcus saccharatus*. Linn.

h. in frigidario. Biennis.

bicolor, panicula coarctata ovato-erecta: seminibus semi-incrustatis albis: glumis fructiferis atris: culmo inferne radicante. *Holcus bicolor*. Linn.

h. in frigidario. Biennis.

PHALARIS. *Gaertner. 2. p. 6. Tab. 80. Linnaei species.*

Flores hermaphroditi vel monoici. Involucrum uniflorum (bivalve corollam includens: valvulis compressis navicularibus: carina supra medium membranaceo-marginata. Calyx bivalvis inaequalis corolla dimidio brevior. Corolla bivalvis persistens indurata. Stamina tria. Styli duo. Semen ovato-acuminatum compressum nitidum.

ovata, spica subovata: spiculis aequalibus: vaginis tumidis. *Phalaris canariensis. Linn. Leers Herborn. p. 18. Tab. 7. fig. 3. Schreber Gram. p. 83. Tab. 10. fig. 2.*

h. H. Annua.

decumbens, culmo decumbenti: spica cylindrica oblonga non tumida: spiculis aequalibus: radice fibrosa. *Phalaris minor. Rbezii Obs. III. p. 8.*

h. H. Annua.

paradoxa L., culmo erecto: spica cylindrica: flosculis mucronatis, neutris plurimis: infimis praemortis. *Icon. Schreber Gram. p. 93. Tab. 12.*

h. H. Annua.

TRIPSACUM. *Linnaei. gen. n. 1404. Gaertner. I. p. 3. Tab. I.*

Flores hermaphroditi aut monoici. Involucrum cartilagineum divisum, basi incisuris apertum, arcte rachi adnatum. Calyx bivalvis uniflorus. Corolla bivalvis. Stamina tria. Stylus unus. Stigmata duo. Rachis flexuosa alterne excisa.

dactyloides L., spica solitaria, vel duobus sessilibus: flosculis imis solitariis alternis femineis: superioribus masculis secundis quadruplici serie: stigmata plumosa rubra longissima.

Tripsta-

Tripsacum dactyloides, spicis androgynis geminis articulatis: articulis superioribus masculis deciduis. *Scopoli deliciae. Insubr. iii. Diar. Bot. V. p. 37.*

Gramen dactylon indicum spica articulata. *Morison. iii. Sect. 8. Tab. 3. fig. 11.*

h. in frigidario. Perennis.

hermaphroditum L., spica hermaphrodita subcompressa: spiculis alternis sessilibus: involucris quadrifloris: culmo ramosissimo diffuso.

Tripsacum hermaphroditum, spica hermaphrodita, minime articulata: rachi undulata. *Scopoli deliciae Insubr. iii. Diar. Bot. V. p. 38.*

Gramen loliaceum maritimum spicis articulatis. *Morison. iii. Sect. 8. Tab. 2. fig. 8.*

h. H. Annua.

LITHAGROSTIS. *Gaertner. i. p. 7. Tab. 1. Lachryma Jobi. Tournef. Tab. 306. Coix Linnaei.*

Flores monoici. Involucrum durum, maturum lapideum. Flores masculi involucrum perforantes in spica pedunculata. Flos femineus solitarius involucro clausus. Flores masculi. Calyx bivalvis biflorus. Corolla gluma unica: filamenta tria castrata: fila duo succulenta. Flos femineus. Calyx nullus. Corolla quinquevalvis: stigmata duo pubescentia: fila succulenta quinque. Involucrum conicum semen conicum includens basi et apice perforatum. Semen subglobosum integumentis duobus tectum.

lachryma jobi, culmo glabro ramoso: foliis culmo longioribus: floribus muticis. *Coix lachryma. Linn.*

Sesamum arundinaceum femine nudo subcaeruleo. *Morison. 3. Sect. 8. Tab. 11.*

h. in frigidario. Perennis.

PERICARPIUM SOLITARIUM UNILOCLARE.

ELEUSINE. *Gaertner. 1. p. 7. Tab. 1. Cynosurus Linnaei.*

Flores hermaphroditi. Calyx bivalvis multiflorus. Corolla bivalvis: valvis inaequalibus. Stamina tria. Styli duo. Pericarpium globosum membranaceum monospermum. *coracana*, spicis digitatis erectis: foecundatis incurvis: spiculis rachi adpressis unilateralibus: stigmata albida: calycibus quadrifloris: culmo erecto compresso. *Cynosurus coracanus. Linn.*

h. H. Annua.

distans, spicis digitatis distantibus: foecundatis erectis: spiculis rachi adpressis unilateralibus: calycibus 4. 6 floris: stigmatibus rubellis: culmo compresso decumbenti. *Cynosurus indicus. Linn.*

Gramen dactyloides spicis deorsum aristatis. *Burmam. Zeylan. p. 106. Tab. 47. fig. 1.*

h. H. Annua.

PELTARIA. *Jacquin. Observ. p. 260. Linnaei gen. n. 1083. Gaertner. 2. p. 283. Tab. 141. Bobadschia. Medicus gen. Pl. Fasc. 1. p. 22. Tab. 1. f. 3.*

Calyx tetraphyllus patens. Corolla tetrapetala unguiculata: unguibus brevissimis: laminis subrotundis, integerrimis. Stamina sex, quatuor per paria opposita longiora: duo opposita breviora. Pericarpium compressum orbiculatum uniloculare monospermum.

alliacea L., foliis radicalibus petiolatis cordatis: caulibus amplexicaulibus: cordato lanceolatis flexuosis: caule paniculato: petalis albis. *Bobadschia. Cranz Austr. Fasc. 1. p. 2. Icon. Tab. 1. fig. 1.*

h. H. Perennis.

RAPISTRUM. *Tournef. Tab. 97. Medicus gen. Pl. Fasc. 1. p. 19. Tab 1. fig. 2. Crambe Linnaei. Gaertner. 2. p. 292. Tab. 142.*

Calyx tetraphyllus. Corolla tetrapetala. Stamina sex, quatuor per paria opposita longiora, apice bifida: lacinia exteriori antherifera: duo breviora. Stylus nullus. Stigma crassiusculum. Pericarpium globosum osseum uniloculare: pedunculo sub flore articulato: articulo incrassato inani.

scabrum, caule foliisque scabris: foliis subrotundis, repando - dentatis, auriculatis: pericarpium glaberrimis: petalis albis. *Crambe hispanica. Linn. Myagr. sphaerocarpon. Jacquin. Obs. 2. p. 20. Icon. Tab. 41.*

h. H. Annuum.

MYOSUROS. *Dillenii. nova Gen. Pl. p. 106. Tab. 4. Myosurus Linnaei. Gaertner. 1. p. 355. Tab. 74. Milleri Illustr. p. 113. Tab. 17.*

Calyx pentaphyllus deciduus. Corolla pentapetala ungue tubuloso filiformi. Stamina quatuor - novem. Styli plurimi. Receptaculum subulatum. Pericarpia plurima fungoso - corticata, pendula.

minimus L., foliis linearibus integerrimis radicalibus: scapi erecti: flores dense spicati flavi. *Icon. Oederi. T. 406.*

h. frequens in agris prope Wehrda. Annuum.

RANUNCULUS. *Tournefort. Tab. 149. Lit. A. C. G. H. I. Linnaei. Gaertner. 1. p. 353. Tab. 74.*

Calyx pentaphyllus deciduus. Corolla pentapetala: unguibus petalorum ad basin foveola, squamula tecta, instructis. Stamina quinque vel numerosa. Stylus nullus: ova-

ria plurima. Stigma sessile reflexum. Pericarpia ovata compressa, glabra vel muricata.

1. *Foliis indivisis. Seminibus glabris.*

Lingua L., caule erecto piloso ramoso: foliis ensiformibus subdenticulatis.

Ranunculus longifolius palustris maior. C. Baub. Morison 11. Sect. 4. Tab. 29. fig. 33. Icon. Oederi. T. 755.

h. in fossis, piscinis: prope Hescamp. Perennis.

flammula L., caule declinato ramoso glabro: foliis elliptico-lanceolatis, subserratis.

Ranunculus longifolius palustris minor. C. Baub. Morison. 11. Sect. 4. Tab. 29. fig. 34. Icon. Oederi. Tab. 575.

h. in udis frequens. Perennis.

2. *Foliis divis. Seminibus glabris.*

auricomus L., foliis imis petiolatis: radicalibus reniformibus: crenatis incis: intermediis trifidis lobis bi-tripartitis crenatis: summis sessilibus digitatis laciniis linearibus, dentatis integrisve: caule multifloro: petalis vix calyce longioribus. *Icon. Oederi Tab. 665.*

h. in pratis, pomariis, ad sepimenta. Perennis.

Obs. Flores omnes etiam primordiales petalis valde deciduis instructi.

sceleratus L., foliis radicalibus petiolatis palmatis: laciniis incis obtusis: caulinis sessilibus digitatis linearibus: receptaculo fructifero oblongo: petalis receptaculo brevioribus. *Icon. Oederi. Tab. 571.*

h. frequens *am Schützenpfl.* Copiose prope Heskamp. **Annua.**

tomentosus, caule foliisque tomentosis: foliis ternatis integris lanceolatis: imis lacinia intermedia tripartita, superioribus indivisis: petalis calyce longioribus. *Ranunculus illyricus, Linn.*

Ranun

Ranunculus illyricus minor. *Morison. 11. Sect. 4. T. 30. fig. 46.*

h. H. Perennis.

Bulbosus L., radice bulbosa: calycibus retroflexis: pedunculis sulcatis: foliis ternatis pilosis: lobis tripartitis laciniis multipartitis. *Icon. Oederi. Tab. 551.*

h. frequens in hortis et agris. Perennis.

philonitis, radice fasciculata: calycibus retroflexis: foliis ternatis pilosis: lobis tripartitis crenatis: caule valde ramoso *Ehrhart diarium. Hannov. 1783. p. 270. Ranunculus Sardous Cranz. Austr. Fasc. 11. p. 84.*

h. copiose in agris ante portam St. Elifabethae. Annua.

repens L., calycibus patulis: stolonibus reptantibus: foliis trifidis, medio productione.

Ranunculus repens hirsutus. *C. Baub. Morison. 11. Sect. 4. Tab. 28. fig. 18.*

h. in hortis, pratis humidiusculis. Perennis.

polyanthemus L., calycibus patulis: pedunculis sulcatis. foliis omnibus digitatis: laciniis semiseptifidis: linearibus: acutis dentatis.

h. in hortis, ad sepimenta prope Amoeneburgum. Perennis.

acris L., calycibus patulis: pedunculis teretibus: foliis omnibus digitatis: radicalibus tripartitis: laciniis obovatis incis: summis tripartitis laciniis linearibus dentatis: caule erecto.

Ranunculus pratensis erectus acris. *C. Baub. Morison. 11. Sect. 4. Tab. 28. fig. 16.*

h. copiose in pratis. Perennis.

bederaceus L., caule repenti radicato: foliis omnibus petiolatis: 3 - 5 lobis cordatis glaberrimis integris: petalis albis calyce duplo longioribus: staminibus 2 - 10. *Weber spicilegium:*

cilegium. Fl. Goett. p. 16. Morison. 11. Sect. 4. Tab. 29. fig. 29. Icon. Oederi. Tab. 321.

h. ultra pagum Marbach in udis. Perennis.

peltatus, fluitans: foliis emerfis peltatis: submersis capillaceis. *Ranunculus aquatilis*. Linn. Morif. 11. Sect. 4. Tab. 29. fig. 31.

h. copiose in aquis stagnantibus.

divaricatus, fluitans: floribus omnibus capillaribus laciniis divaricatis, circumscriptione rotundis. Halleri n. 1162. *Ranunculus aquatilis var.* Linn. γ.

Ranunculus aquaticus capillaceus. C. Baub. Morif. 11. Sect. 4. Tab. 29. fig. 32.

h. in fossis prope molendinam pagi Cappel.

peucedanifolius, fluitans: foliis omnibus capillaceis longissimis parallelis. Halleri n. 1161. Icon. Oederi Tab. 376. var. *Ranunculus aquat.* Linn. δ.

h. copiose in Lahna.

3. *Foliis divisis. Seminibus echinatis muricatisve.*

arvensis L., seminibus echinatis: foliis tripartitis: lobis longe petiolatis, bi-tripartitis, acute incisis. Halleri n. 1176. Icon. Oederi. Tab. 219.

Ranunculus arvensis echinatus. C. Baub. Morison. 11. Sect. 4. Tab. 29. fig. 23.

h. frequens in agris. Annua.

lobatus, seminibus echinatis: caule erecto: foliis lato-ovatis, lobatis: lobis obtusis ovatis incisis: calycibus retroflexis petalis longioribus. *Ranunculus muricatus*. Linn.

Ranunculus echinatus stellatus creticus. Morison. 11. Sect. 4. Tab. 29. fig. 24.

Obs. Stamina 14 - 20 nunquam plura.

h. H. Annua.

muricatus, seminibus muricatis: caule prostrato: foliis radicalibus rotundis lobatis crenatis obtusis: calycibus retroflexis: petalis minimis fugacibus. *Ranunculus parviflorus*. Linn.

Ranunculus hirsutus flore omnium minimo luteo. *Morison. II. Sect. 4. Tab. 28. fig. 21.*

Obs. Stamina vix decem.

h. H. Annua.

FICARIA. *Dillen. nova Gen. p. 108. Tab. 4.*

Halleri. Fussieu. Ranunculi species Linnaei.

Calyx triphyllus. Petala octo vel novem: foveola unguium squama tecta. Stamina 16 - 20. Ovaria plurima. Stigma sessile. Pericarpium compressum obtusum monospermum.

ranunculoides, radice tuberibus fasciculata: caule decumbenti: foliis cordatis angulatis petiolatis. *Roth Fl. Germ. II. p. 622. Ranunculus ficaria. Linn. Icon. Blakwell. Tab. 51.*

h. passim in riguis. *Im Kölber Wald.* Perennis.

ADONIS. *Dillen. nov. Gen. p. 109. Tab. 4.*

Gaertner. I. p. 355. Tab. 74. Linnaei species.

Calyx pentaphyllus. Petala quinque - octo - decem. Stamina numerosa. Styli nulli. Ovaria plurima. Stigmata sessilia reflexa. Receptaculum oblongum. Pericarpium rostratum monospermum.

miniata; floribus octopetalis: foliis bipinnato - multifidis. *Jacquin.*

h. H. Annua.

HEPATICA. *Dillen. nov. Gen. p. 108. Tab. 5. Halleri Hist. II. p. 65. Anemone Linnæi species.*

Calyx triphyllus. Petala sex. Stamina numerosa. Ovaria plurima. Stigmata obtusa. Pericarpium oblongum mucum monospermum.

nobilis, foliis cordato-trilobatis integerrimis: floribus solitariis: pericarpis villosis. *Anemone hepatica, Linn. Icon. Oederi. Tab. 610.*

h. H. Perennis.

PERICARPIUM SILIQUOSUM TERES.

RAPHANUS. *Tournefort. Tab. 114. Linnæi gen. n. 1098. Gaertner. 2. p. 299. Tab. 143. Medicus Gen. Pl. I. p. 41.*

Calyx tetrephyllus connivens: laciniis basi inflatis. Corolla tetrapetala petalis venosis. Stamina sex, quatuor opposita longiora. Stylus unus. Pericarpium intus spongiosum, torosum, polyspermum: loculis monospermis.

sativus L., foliis lyratis: pericarpis crassis bi-trispermis: seminibus subglobosis. *Icon. Blakwell. Tab. 81.*

Variet. oleifer, pericarpis elongatis tri-tetraspermis.

h. H. Annua.

tenellus, foliis runcinatis, dentatis: pericarpis teretibus, torosis, subarcuatis. *Pallas iter. III. Tab. L.*

Descriptio. Radix descendens biennis. Caulis erectus levis teres ramosus pedalis: ramis patentibus alternis. Folia petiolata oblonga, subtus subpilosa. Racemi terminales. Pedunculi uniflori pilosi: calycis laciniæ apice ciliatæ. Petala rubra. Pericarpia subpilosa, stylo acuto terminata: semina oblonga teretia.

h. H. Biennis.

PERI.

PERICARPIUM SILIQUOSUM ARTICULATUM.

RAPHANISTRUM. *Tournef. Tab. 115. Gaertner. 2. p. 300. Tab. 143. Medicus. Gen. Pl. 1. p. 39.*

Calyx tetraphyllus connivens: laciniis duobus basi ventricosis. Petala quatuor. Stamina prioris. Pericarpium teres maturum articulatum, polyspermum: articulis unilocularibus monospermis: immaturum loculis bilocularibus teres non articulatum.

innocuum, caule erecto: foliis pinnatifidis lyratis: pericarpium erectis. *Raphanus raphanistrum. Linn.*

Raphanistrum siliqua articulata. *Morison. 11. Sect. 3. fig. 1. 2.*

Variat petalis albis, flavis et rubris.

h. copiose in agris, apud nos constanter petalis flavis venosis. *Annua.*

HYPECOUM. *Tournef. Tab. 115. Gaertner. 2. p. 164. Tab. 115. Linnaei. gen. n. 228.*

Calyx diphyllus. Corolla tetrapetala inaequalis: petalis partitis. Stamina quatuor aequalia. Styli duo. Pericarpium longum polyspermum compressum anceps: nodis transversalibus articulatum: sulcis longitudinalibus: loculis monospermis

arcuatum, caule erecto: foliis decompositis: laciniis linearibus acutis: floribus umbellatis: pedunculis intermediis solitariis: petalis flavis exterioribus duobus trilobis: interioribus trifidis: pericarpium glabris-

Hypecoum proumbens Linn. Caules fructiferi procumbentes.

h. H. *Annua.*

PERICARPIUM GEMELLUM.

THLASPIDIUM. *Tournef. Tab. 101. Biscutella Linnaei. Gaertner. 2. p. 278. Tab. 141.*

Calyx tetraphyllus connivens. Corolla tetrapetala. Stamina sex, quatuor longiora opposita. Pericarpia orbiculata plana compressa marginata, monosperma ab axi secedentia.

saccatum, calycis foliolis duobus exterioribus basi saccatis: caule foliisque scabris: foliis sessilibus remote dentatis: petalis sulphureis: pericarpis apice membrana paululum explanata: glandulis albidis pellucidis adspersa. *Fon-draba sulphurea. Medicus Gen. Pl. Fasc. 1. p. 27. Tab. 1. fig. 14. Biscutella auriculata. Linn.*

h. H. Annua.

bieracifolium, calycibus non saccatis: caule foliisque scabris: foliis lanceolatis sessilibus, serratis, serraturis apice glandulosis spinulosis: pericarpis subscabris: margine membrana aequali. *Medicus Gen. Pl. Fasc. 1. p. 29. Tab. 1. fig. 5. Biscutella apula. Linn.*

h. H. Annua.

CERATOCEPHALA.

Calyx pentaphyllus, persistens. Corolla pentapetala: unguibus ad basin foveola squamula tecta. Stamina quinque-otto. Ovaria plurima. Stigma sessile. Pericarpia dorso connata rostrata: rostro elongato, subcompresso, acuminato.

spicata, floribus spicatis: caule erecto: foliis palmatis: laciniis tribus linearibus incis: petalis luteis minimis: rostro pericarpis subfalcato. *Ranunculus falcatus. Linn.*

Ranunculus ceratophyllus seminibus falcatis in spicam addactis. *Morison. 11. Sect. 4. Tab. 28. fig. 22.*

Planta

Planta humilis digitalis, quae propter calycem persistentem, numero staminum et figura seminis cum ranunculis adfocari nequit.

h. H. Annua.

PERICARPIA CONNATA UNILOCULARIA.

ALISMA. *Linnaei. Gaertner. 2. p. 22. Tab.*

84. *Milleri Illustr. p. 114. Tab. 22.*

Calyx triphyllus. Corolla tripetala. Stamina sex aequalia. Ovaria plurima. Styli simplices. Pericarpium compressum monospermum cuneiforme.

plantago L., foliis ovatis acutis nervosis: scapo superne ramoso: pedunculis umbellatis: umbellis involucreatis: pericarpis in capitulum rotunde trigonum collectis.

h. frequens in fossis. Perennis.

SAGITTA. *Dillen. nova Gen. p. 104. Tab. 4.*

Sagittaria Linnaei. n. 1441. Gaertner. 2. p.

21. *Tab. 84.*

Flores feminei et masculi in eadem planta distincti. Calyx triphyllus. Corolla tripetala in utrisque. Stamina plurima. Ovaria in capitulum congesta. Pericarpium lenticulare monospermum.

sagittifolia L., foliis sagittatis acutis: scapo simplici: floribus ternis, verticillatis. Icon. Oederi. Tab. 172.

h. in piscinis fossis: copiose prope *dem Schützenpfl.*
Perennis.

CORIARIA. *Nissole Act. Paris. 1711. Dillen.*

nova Gen. p. 158. Tab. 12. Jussieu Gen.

Pl. p. 481. Linnaei species.

Flores hermaphroditi et sexu distincti in diversis plantis. Calyx pentaphyllus. Petala quinque. Stamina decem. Antherae

therse oblongae integrae. Ovaria quinque. Styli simplices. Stigmata incurva. Pericarpia glandulis recta monosperma.

myrtifolia L., caule subfruticoso tetragono, foliis oppositis subsessilibus ovato-lanceolatis integerrimis acutis trinerviis: floribus racemosis terminalibus pedunculatis bracteatis: calyce petalis longiori: stylis rubris. *Icon. act. Paris. 1711. Ed. Germ. p. 854. Tab. 18.*

Mihi planta hermaphrodita sola visa fuit, cuius vero fructus nondum maturuerunt, licet antherae pollinem effluunt, et stigmata perfecta adsunt.

h. H. Suffrutex.

PERICARPIUM SOLITARIUM BILOCULARE.

CORONOPUS. *Halleri Hist. 1. p. 217. Allione Fl. Ped. 1. p. 256. Gaertner. 2. p. 293. Tab. 142. Carara. Medicus Gen. Pl. Fasc. 1. p. 35. Tab. 1. fig. 4.*

Calyx tetraphyllus. Corolla tetrapetala. Stamina sex, quatuor opposita longiora. Stylus unus. Stigma simplex. Pericarpium rotundatum, nucamentaceum, tuberculis atque lamellis muricatum: loculis monospermis ellipticis.

depressus, caule depresso, foliis pinnatifidis: racemis folio brevioribus, axillaribus: petalis albis minutis. *Cochlearia coronopus. Linn. Icon. Oederi. Tab. 202.*

h. in agris Wetteraviae prope Weiffel et ad salinas Nauheimii. Annua.

PERICARPIUM SOLITARIUM QUADRILOCULARE.

MYAGRUM. *Tournef. Tab. 99. Medicus Gen. Pl. Fasc. 1. p. 39. Tab. 1. fig. 1.*

Calyx, corolla et stamina Coronopi. Pericarpium obcordatum, spongioso-suberosum: loculamentis duobus superioribus.

perioribus oppositis orbiculatis inanibus: duobus inferioribus superimpositis conicis loculo medio fertili, infimo sterili.

amplexicaule, foliis amplexicaulibus lanceolatis glabris denticulatis: petalis flavis. *Myagrurn perfoliatum*. Linn.

Myagrurn monospermum latifolium. C. Baub. Morif.

11. Sect. 3. Tab. 21.

h. H. Annua.

Bene Cl. Medicus pericarpium descripsit et icone illustravit, certe quadriloculare nec triloculare, uti in icone Gaertneri exprimitur, invenies.

PERICARPIA CONNATA QUADRILOCULARIA

TRIBULUS. *Tournef. Tab. 141. Linn. gen.*

n. 732. Gaertner. 1. p. 335. Tab. 69.

Calyx pentaphyllus. Corolla pentapetala. Stamina decem aequalia. Stylus unus. Stigma quinquefidum. Glandulae quinque ad basin calycis interiorem Pericarpia quinque nucamentacea, rugoso tuberculata, supra basin aculeata, dein simpliciter rugosa: loculis transversis monospermis.

terrestris L., caule procumbenti tereti-hispido: foliis oppositis pinnatis: parium sex septemve: floribus axillaribus: pedunculis solitariis: foliis brevioribus: petalis flavis. *Morison. 11. Sect. 2. Tab. 8. fig. 9.*

h. H. Annua.

SAMARA.

ISATIS. *Tournef. Tab. 100 Linnæi. Gaert-*

ner. 2. p. 294. Tab. 142. Medicus Gen. Pl.

1. p. 21. Tab. 1. fig. 8.

Calyx tetraphyllus. Corolla tetrapetala. Stamina sex integra: duo opposita breviora. Stylus unus. Samara unilocularis.

sinctoria

tinctoria L., foliis radicalibus petiolatis ovatis : caulinis sagittatis amplexicaulibus : pedunculis omnibus glabris, samaris maturis fuscis. *Icon. Blakwell. Tab. 246.*

h. H. Biennis.

minor, foliis radicalibus integerrimis petiolatis : caulinis sagittatis amplexicaulibus : racemis et pedunculis superioribus villosis : samaris maturis albidis. *Isatis Lusitanica. Linn.*

h. H. Annua.

LIRIODENDRUM. *Linnaei. Gaertner. 2. p. 475. Tab. 178.*

Calyx triphyllus : foliolis lanceolatis reflexis deciduis. Corolla octopetala subcampanulata : petalis tribus exterioribus. latioribus. Stamina plurima. Antherae lineares. Ovaria plurima. Styli nulli. Stigmata globosa. Samara plana lanceolata bilocularis : loculo altero fertili, altero sterili.

tulipifera L., foliis trilobatis, lobo intermedio truncato. *Diar. Bot. XII. p. 17.*

Variet foliis ovatis indivisis truncatis.

h. H. Arbor.

Varietas foliis indivisis ex feminibus prolata est, quae vero nondum floruit.

CAPSULA SOLITARIA UNILOCULARIS EVALVIS.

ALSINELLA. *Dillen. nov. Gen. p. 124. T. 6.*

Calyx tetraphyllus. Corolla tetrapetala : petalis integris. Stamina quatuor vel quinque. Styli quatuor. Capsula oblonga apice quinquefariam dehiscens, polysperma.

erecta, caule erecto bifloro : foliis connatis linearibus acuminatis : calycibus acuminatis clausis petalis duplo longioribus. *Sagina erecta. Linn. Moenchia quaternella Ebrhart. Beytr. 2. p. 177.*

Alfinc

Alfina verna glabra. *Vaillant Bot. Icon. Tab. 3. f. 2.*

Variat caule inferne ramoso ramis 1 - 2floris.

h. in sylvis locis gramine tenui vestitis. *Am Labenberg bey Cappel. Am Frauenberg. Annua.*

ARENARIA. *Linnaei gen. n. 774. Gaertner.*

2. p. 232. Tab. 130.

Calyx pentaphyllus. Petala quinque integra. Stamina quinque - decem. Styli tres - quinque. Capsula ovata apice tri-fexariam dehiscens polysperma.

trinervia L., foliis ovatis acutis petiolatis trinerviis: pedunculis unifloris: calyce flore longiori: staminibus decem: stylis tribus. *Icon. Oederi. Tab. 329.*

h. frequens in sylvis. *An der Kirchspitz, Am Labenberg. Annua.*

muscosa, foliis ovatis lucidis subcarnosis: caule repente: pedunculis unifloris. *Medicus Aët. Palat. Vol. 3. p. 202. Icon. Tab. 12. Arenaria balearica. L.*

h. H. Perennis.

serpillifolia L., foliis ovatis acutis sessilibus: pedunculis unifloris: petalis calyce brevioribus.

h. in arvis, muris et cultis frequens. *Annua.*

rubra, caulibus prostratis: foliis oppositis filiformibus: internodiis duplo - brevioribus: stipulis membranaceis: petalis rubris: calycibus capsulis aequalibus. *Roib. Fl. Germ. II. p. 481.*

h. in agris prope *dem Afföller* *Annua.*

triflora L., ramis trifloris: foliis lanceolato - subulatis: calycibus lanceolatis triatis margine membranaceis: petalis albis lineatis calyce duplo - longioribus.

Descriptio. Radix multicaulis perennis. Caules spithamei decumbentes. Folia opposita sessilia levia erecta: floralia

ralia lanceolata trinervia ciliata. Pedunculi leves, intermedio primifloro, lateralibus brevioribus bracteatis. Calycis foliola obtusa, glabra. Stamina decem. Styli tres quatuorve virides.

h. H. Perennis.

dichotoma, caule erecto ramosissimo dichotomo: foliis subulatis: petalis calyce brevioribus: foliolis calycis membranaceis acutis trinerviis apice rubellis. *Arenaria tenuifolia*. Linn.

Alfina tenuifolia. Vaillant. Bot. Icon. Tab. 3. fig. 1.

Capsula calyce longior, apice sexfariam dehiscens. Stamina decem. Styli tres. Stigmata plumosa.

h. in agris Wetteraviae prope Fetzberg et Weilmünster. Annua.

fasciculata L., caule erecto ramoso striato: foliis subulatis: floribus fasciculatis: petalis minutissimis albis: calycibus acuminatis. *Arenaria rubra*. Scopoli Carn. 2. n. 538. Icon. Tab. 17.

h. H. Annua.

MYOSOTIS. Tournef. Tab. 126. *Cerastium*.

Linnaei. Gaertner. 2. p. 231. Tab. 130.

Calyx pentaphyllus. Corolla pentapetala: petalis bifidis. Stamina quinque - decem. Styli tres. quinque. Capsula oblonga cylindrica, apice dentibus decem dehiscens polysperma, calyce longior.

connata, foliis connatis oblongis glaucis: petalis calyce brevioribus: foliolis calycis ovatis acutis: floribus subfasciculatis. *Cerastium perfoliatum*. Linn.

h. H. Annua.

vulgaris, foliis villosis: radicalibus ovalibus in petiolum decurrentibus: caulinis connatis obovalibus: petalis longitudine

gitudine calycis: foliolis calycis lanceolatis acutis: capsulis maturis incurviusculis erectis. *Cerastium vulgatum*. L. *Icon.*

Vaillant Bot. Tab. 30. fig. 1.

h. frequens ad vias inque hortis. Perennis.

semidecandra, staminibus quinque fertilibus, quinque sterilibus: caule erecto simplici, superne diviso: foliis connatis ovatis villosis: petalis calyce brevioribus. *Cerastium semidecandrum*. L.

Myosotis arvensis hirsuta minor. *Vaillant. Icon. Tab. 30. fig. 2.*

h. copiose vere in sylvis locis siccis tenui gramine vestitis. *Am Labenberg. Annua.*

linearis, foliis lineari-lanceolatis acutis glabris: caulibus decumbentibus, petalis calyce duplo longioribus. *Cerastium arvense*. Linn. *Icon. Oederi. Tab. 626.*

h. frequens ad vias. Perennis.

dichotoma, caule dichotomo ramosissimo subviscido: foliis lanceolatis: petalis calyce brevioribus: capsulis erectis. *Cerastium dichotomum*. L.

h. H. Annua.

MYOSOTON.

Calyx pentaphyllus. Corolla pentapetala: petalis bifidis. Stamina decem. Styli quinque. Capsula subrotunda apice quinquefariam dehiscens polysperma longitudine calycis.

aquaticum, foliis cordatis sessilibus: pedunculis solitariis axillaribus terminalibusque: petalis profunde bifidis, calyce duplo longioribus: capsulis pendulis. *Cerastium aquaticum*. L.

h. in pratis humidis, et ad fossas, prope Wehrda, Gieselberg. Perennis.

HOLOSTEUM. *Linnaei gen. n. 136. Gaertner.*
2. p. 231. *Tab. 130.*

Calyx pentaphyllus. Corolla pentapetala: petalis dentatis. Stamina quatuor-quinque. Styli quatuor. Capsula semi-sexvalvata oblonga polysperma.

umbellatum L., floribus umbellatis: pedunculis floriferis erectis: fructiferis ad unum latus depressis. *Icon. Kroker Fl. Silesiaca. 1. Tab. 31.*

h. copiose in agris et cultis. *Annua.*

LOEFLINGIA *Linnaei gen. n. 71. Gaertner. 2.*
p. 222. Tab. 129.

Calyx pentaphyllus. Corolla pentapetala minima. Stamina tria. Antherae didymae. Stylus unus. Capsula trivalvis polysperma.

prostrata, caule prostrato ramosissimo: foliis oppositis, linearibus acutis subcrassis: flores terminales sessiles solitarii. *Loeflingia hispanica. Linn.*

h. H. *Annua.*

SPERGULA. *Dillen. nova Gen. p. 131. Tab. 7.*
Linnaei gen. n. 798. Gaertner. 2. p. 230.
Tab. 130.

Calyx pentaphyllus. Corolla pentapetala: petalis integris. Stamina quinque-decem. Styli quinque. Capsula ovata semi-quinquevalvata polysperma.

arvensis L., caule ramoso: foliis verticillatis plurimis lineari-subulatis: floribus paniculatis: petalis longitudine calycis.

Var. *Staminaibus quinque-septem.*

b. in agris et cultis. *Annua.*

nodosa

nodosa L., caule simplici: foliis oppositis, fasciculatis, subulatis: petalis calyce longioribus: floribus solitariis terminalibus. *Icon. Oeaei. Tab. 96.*

h. in pratis uliginosis circa pagum Marbach et Heskamp.
Annua.

ARGEMONE. *Tournefort. Tab. 121. Linnaei gen. n. 882. Gaertner. I. p. 287. Tab. 60.*

Calyx bi-triphyllus deciduus, foliolis ovatis concavis acuminatis. Petala quinque decidua. Stamina plurima. Ovarium unicūm quinquangulare. Stylus nullus. Stigma capitatum quinque-crenatum. Capsula rotundato-pentagona, semi-quinquevalvata, polysperma.

spinosa, foliis runcinatis dentato-spinosis: nervis albidis: calycibus spinis tectis: petalis luteis. *Argemone mexicana. Linn.*

Papaver spinosum. *C. Baub. Morison. II. Sect. 3. Tab. 14. fig. 5.*

h. H. Annua.

CAPSULA SOLITARIA UNILOCULARIS BIVALVIS.

SANGUINARIA. *Linn. gen. n. 878.*

Calyx diphyllus caducus. Corolla octopetala. Stamina numerosa. Stigma capitatum bisulcum. Capsula oblonga apice attenuata, introrsum dehiscens polysperma.

acaulis, foliis rotundatis cordatis crenatis emarginatis: scapo unifloro: antheris omnibus polliniferis. *Sanguinaria canadensis. Linn.*

h. H. Perennis.

CAPSULA SOLITARIA UNILOCLARIS TRIVALVIS.

POLYCARPON. *Linnaei gen. n. 138. Gaertner. 2. p. 224. Tab. 129.*

Calyx pentaphyllus pentagonus carinatus. Corolla pentapetala: petalis emarginatis brevissimis. Stamina tria. Stylus unus. Stigmata tria. Capsula ovata polysperma.

retrophyllum L., foliis quaternis inaequalibus obovatis petiolatis: stipula membranacea interstinctis: caule erecto dichotomo ramosissimo: floribus corymbosis terminalibus *Diar. Bot. Fasc. VIII. p. 4. Haller. Hort. Goett. p. 25.*

h. H. Annua.

ALSINE. *Linnaei gen. n. 518. Gaertner. 2. p. 223. Tab. 129.*

Calyx pentaphyllus. Corolla pentapetala: petalis bifidis, emarginatisve. Stamina 3-4-5-10. Styli tres. Capsula ovato-oblonga polysperma.

vulgaris L., petalis bipartitis: foliis ovato-cordatis: staminibus plerumque tribus: petalis vix calyce aequalibus.

Alsine media. Linnaei.

h. pervulgaris in cultis. Annua.

unilateralis, foliis subulatis aristatis unum latus spectantibus: pedunculis filiformibus fructiferis deflexis: caule erecto superne ramosissimo. Alsine segetalis. L.

Alsine segetalis gramineis foliis unum latus spectantibus. Vaillant. Bot. 8. Icon. Tab. 3. fig. 3. bona.

Radix fibrosa. Caulis erectus digitalis teres geniculatus glaber. Stipulae connatae membranaceae aridae lacerae. Folia gemina levia intermedio longiora. Pedunculi divaricati ramificatione stipulacei: stipula membranacea uti in caule: floriferi erecti: fructiferi ad unum latus deflexi. Calycis foliola ovata obtusa membranacea carina viridi. Petala minu-

minutissima quinque alba integra. Stamina nunquam quinque constanter tria. Styli tres. Capsula ovata trivalvis. Semina muricata ovata brunnea.

h. inter segetes prope Bauerbach. Annua.

mucronata L., foliis fetaceis: petalis brevissimis submarginatis: bracteis calyce brevioribus: calycibus albidis scariosis acutissimis lineis viridibus striatis: floribus congestis terminalibus axillaribusque: staminibus quinque: caule erecto. *Gouan Illustr. p. 22.*

h. H. Annua.

VIOLA. *Tournef. Tab. 236. Linnaei. Gaertner. 2. p. 239. Tab. 112.*

Calyx pentaphyllus: foliolis lanceolatis, basi obtusis liberis. Corolla pentapetala irregularis: petalo imo calcarato. Stamina quinque. Stylus unus. Stigma unum. Antherae in tubum conniventes nec connatae. Capsula polysperma. Semina valvulis affixa.

I. *Scapiferae.*

hirta L., foliis cordato oblongis hispidulis crenatis: stolonibus nullis: stigmatibus uncinato.

Viola martia hirsuta inodora. Morison. 11. Sect. 5. Tab. 35. fig. 4.

h. ad Amoenburgum. Perennis.

palustris L., foliis reniformibus crenatis glabris: stolonibus nullis: scapo foliis longiore. *Icon. Oederi. T. 85.*

h. in pratis paludosis prope Bürgel. Perennis.

odorata L., foliis cordatis crenatis: stolonifera.

h. ad sepes, in umbrosis gramineis. Perennis.

resupinata, floribus resupinatis: foliis lunatis obtuse-
dentatis glabris: stolonibus nullis: calcare vix calyce lon-
giore: scapo foliis brevior. *Viola obliqua Hillii.*

Petala violacea inodora.

h. H. Perennis.

2. *Caulescentes.*

canina L., caule ascendente: stipulis ciliatis: foliis cor-
dato-oblongis glabris: pedunculis tetragonis: floribus pri-
mordialibus petaloideis sterilibus: reliquis apetalis fertilibus.

h. in sylvis copiose prope Bauerbach. Perennis.

mirabilis L., caule erecto: foliis radicalibus cordato-
oblongis obtuse crenatis: summis oppositis cordatis vel lu-
natis: stipulis lanceolatis glabris: pedunculis triquetris: flo-
ribus radicalibus corollatis, summis apetalis.

h. prope Bauerbach, am Labenberg. Perennis.

montana L., caule erecto obsolete triquetro: foliis cor-
dato-lanceolatis, obtuse serratis: stipulis lanceolatis basin
versus margine exteriori incisilis dentatis: pedunculis trique-
tris axillaribus: petalis pallide caeruleis.

Viola erecta flore caeruleo et albo. *Morison. II. Sect.*
5. Tab. 7. fig. 7.

Variat floribus imis petaloideis sterilibus summis apeta-
lis fertilibus, et omnibus floribus petaloideis et fertilibus.

h. H. Perennis.

tricolor, caule angulato diffuso: foliis oblongis retusis:
stipulis pinnatifidis: corolla calyce multo maiori. *Willde-*
now Prodr. Berol. n. 861.

h. in hortis. Perennis.

arvensis, caule inferne anguloso, diffuso: foliis oblon-
gis retusis: stipulis pinnatifidis: corolla calycis fere longi-
tudine. *Willdenow. Prodr. Berol. n. 862.*

h. frequens in cultis et agris. Perennis.

grandi-

grandiflora L., caule ramoso diffuso triquetro: foliis oblongis crenatis: stipulis pinnatifidis longitudine petiolorum: petalis calyce triplo longioribus maximis luteis, calcare calyce longiore.

Viola montana lutea grandiflora. Morison. *ii. Sect. 5. Tab. 7. fig. 11.*

h. H. Perennis.

CLAYTONIA. *Linnaei gen. n. 402. Gaertner. 2. p. 221. Tab. 129.*

Calyx diphyllus persistens. Corolla pentapetala. Stamina quinque. Stylus unus. Capsula ovata in mucronem producta polysperma.

portulacaria L., caule arboreo erecto: foliis carnosis obovatis oppositis.

h. in frigidario.

TELEPHIUM. *Tournefort. Tab. 128. Linnaei gen. n. 515. Gaertner. 2. p. 221. Tab. 129.*

Calyx pentaphyllus. Corolla pentapetala aequalis. Stamina quinque. Styli tres. Capsula triquetra polysperma.

alternifolium, foliis alternis, subpetiolatis, ovalibus, integerrimis: floribus fasciculatis terminalibus secundis: caule diffuso. *Telephium imperati.* Linn.

h. H. Perennis.

TALINUM. *Adanson. p. 245. Gaertner. 2. p. 219. Tab. 128. Jussieu Gen. Pl. p. 312. Rulingia. Ehrhart. Beytr. 3. p. 132.*

Calyx diphyllus. Corolla pentapetala. Stamina plurima. Stylus unus. Stigmata tria. Capsula globosa oblonga polysperma: receptaculum scrobiculatum.

pani.

paniculatum, caule erecto herbaceo: foliis ovato-lanceolatis planis, acuminatis, subtucculentis, in petiolum decurrentibus: panicula terminali ramosa: pedicellis filiformibus: petalis purpureis. *Portulaca paniculata*. Linn.

Obs. Stamina quatuordecim - octodecim. Antherae didymae. Stigmata rubella

h. in frigidario. Perennis,

anacampseros, caule decumbenti fruticoso: foliis ovatis succulentis gibbis: pedunculo multifloro: petalis rubris. *Portulaca anacampseros*. Linn.

Obs. Stamina triginta quadriginta. Stigmata villosa.

h. in frigidario. Fruticulus.

HELIANTHEMUM. *Tournef. Tab. 128. Gaertner. 1. p. 371. Tab. 76 Cisti species Linn.*

Calyx pentaphyllus: foliolis duobus minimis. Corolla pentapetala aequalis decidua. Stamina quinque - decem plurima. Stylus unus. Stigma crassiusculum. Capsula polysperma, subtrigona: semina valvis affixa.

1. *Exstipulata suffruticosa.*

levipes, caule adscendente ramosissimo: foliis alternis fasciculatis filiformibus glabris: floribus racemosis: staminibus interioribus antheriferis exterioribus castratis. *Cistus levipes* Linn. *Icon Gerard. Gallo-prov. Tab. 14.*

h. in frigidario.

fumanum, caule erecto subramoso: foliis alternis linearibus teretibus margine scabris: stamina antecedentis: stylo declinato: stigmate muricato. *Cistus fumana*. Linn.

h. in frigidario.

2. *Sti-*

2. *Stipulata herbacea.*

ledifolium, caule erecto herbaceo glabro: foliis ovato-oblongis oppositis, floribus folio ternato oppositis: calyce petalis longiori: foliolis tribus erectis: duobus patulis: petalis flavis. *Cistus ledifolius*. Linn.

h. H. Annua.

niloticum, caule erecto sublignoso, subtomentoso: foliis ellipticis subtomentosis: staminibus quinque - octo: floribus folio ternato oppositis: calyce petalis longiori: foliolis tribus erectis: duobus patulis: petalis flavis.

h. H. Annua.

inflatum, caule simplici erecto: foliis lineari-lanceolatis: calycibus inflatis: foliolis maioribus quadrinerviis: nervis elevatis ciliatis: staminibus octo - decem: petalis luteis brevissimis. *Cistus aegyptiacus*. Linn. Jacquin. Obs. 3. Tab. 68.

h. H. Annua.

3. *Suffruticosa stipulata.*

reflexum, petalis vix calyce longioribus reflexis: caule decumbente dein stricto, pubescenti: stipulis lanceolatis: foliis lanceolato-linearibus: staminibus styloque rectis.

Descriptio. Radix perennis fibrosa. Caulis suffruticosus pedalis teres. Folia subpetiolata, subtus subpubescentia, supra levia. Stipulae quatuor lineas longae. Racemi secundi erecti. Calyces glabri. Petala saturate rubra. Stamina, antherae, stylique flava.

Forte *Cistus racemosus* Linn. eadem planta, cum cuius descriptione *Vahl Symb. 1. p. 39.* convenit, nisi petala reflexa quorum nulla fit mentio, quae tamen characterem praebent, facile a congeneribus discernendum.

h. H.

roseum, caule decumbenti pubescenti: foliis lanceolatis utrinque pubescentibus: stipulis linearibus minutis deciduis

duis: petalis calyce duplo longioribus. *Allione Fl. Pedem.*
n. 1675. *Icon. Tab. 45. fig. 4.*

h. H. Perennis.

Obs. Calyx glaber. Petala rosea vel pallide rubra, a
Cisto helianthemo cuius varietatem esse *Allione* suspicatus
fuit, valde differt.

mutabile, caule decumbenti glabro, patulo: foliis lan-
ceolatis: stipulis lanceolatis longitudine petiolorum: flori-
bus laxo racemosis: petalis calyce longioribus. *Cistus mu-*
tabilis. Jacquin. misc. Austr. Vol. 2.

Obs. Variat petalis albis, flavis, pallide flavis, et pal-
lide rubris.

h. H. Perennis.

vulgare, caule decumbenti patulo: foliis ovatis mar-
gine revolutis. floribus laxo racemosis: petalis luteis calyce
longioribus. *Cistus helianthemum. Linn.*

h. ad Amoeneburgum, *in der Lummersbach* prope dem
Neubof, am Rbinberg prope *Calderu.* Perennis.

CAPSULA SOLITARIA UNILOCULARIS QUADRIVALVIS.

SAGINA. *Linnaei. Gaertner. 2. p. 225. T. 129.*

Calyx tetraphyllus. Corolla tetrapetala: petalis integris.
Stamina quatuor aequalia. Styli quatuor. Capsula ovata
polysperma.

procumbens L., caule caespitoso decumbenti: pedun-
culis floriferis erectis: fructiferis nutantibus: petalis persi-
stentibus calyce brevioribus.

Obs. Petalis semper instructis observavi.

h. in aggeribus humidis, pascuis. Annua.

CAPSULA SOLITARIA UNILOCULARIS SEXVALVIS.

STELLARIA. *Linnaei gen. n. 773. Gaertner. 2. p. 229. Tab. 130.*

Calyx pentaphyllus. Corolla pentapetala laminis bipartitis. Stamina decem. Styli tres. Capsula polysperma.

nemorum L., foliis cordatis petiolatis acutis: panicula dichotoma ramosa. *Icon. Oederi. Tab. 271.*

h. in udis, in pratis ante portam St. Elisabethae inter Wehrda et urbem. Perennis.

holostea L., foliis lanceolatis ferrulatis. *Icon. Oederi. Tab. 698.*

h. frequens ad sepes et sepimenta hortorum. Perennis.

graminea L., foliis linearibus integerrimis; floribus paniculatis.

Var. *α.* arvensis caule pedali. *Icon. Oederi. Tab. 414.*

β. palustris. Altiline folio gramineo angustiore, palustris. *Dilleni Giess. app. p. 66.* Caule bi-tripedali.

h. *α.* in pratis et sepimentis hortorum. *β.* in locis uliginosis prope Wehrda. Perennis.

Alfinae, caule diffuso ramoso: foliis sessilibus: pedunculis lateralibus: petalis calyce brevioribus angustissimis. *Hoffmann. Deutschl. Flora. Tab. 5.*

h. frequens in uliginosis in fossa diaboli prope Wehrda. Perennis.

CAPSULAE CONNATAE UNILOCULARES.

PAEONIA. *Tournef. Tab. 146. Linnaei gen. n. 920. Gaertner. I. p. 309. Tab. 65.*

Calyx pentaphyllus. Corolla pentapetala. Stamina plurima. Ovaria duo - quinque. Stigmata sessilia compressa. Capsulae duae - quinque ovatae rostratae introrsum dehiscentes polyspermae.

officinalis L., radice glandulosa: foliis duplicato-pinnatis: pinnis ellipticis et trilobis. *Halleri. feminea. Linn.*

h. H. Perennis.

rennifolia L., foliis multipartitis: laciniis linearibus. *Icon. Linn. dec. p. 19. Tab. 5.*

h. H. Perennis.

HELLEBORASTER. *Lobelii. Helleborus. Tournefort. Tab. 144. Linnaei. Gaertner. I. p. 310. Tab. 65.*

Calyx pentaphyllus maximus persistens: laciniis ovatis obtusis. Petala sex-decem: tubulosa minima, ore bilabiato: labiis obtusis integris. Stamina plurima. Ovaria duo vel tria in stylos delinentia. Stigma simplex. Capsulae univalves introrsum dehiscentes polyspermae.

viridis, caule bifido: ramis foliosis bifloris: foliis digitatis serratis: petalis octo vel decem: stipulis nullis. *Helleborus viridis. Linn.*

Helleborus niger sylvestris latiore folio: flore viridi. Morison. III. Sect. 12. Tab. 4. fig. 5.

h. frequens *am Venusloch.* Perennis.

fetidus, ramosus multiflorus: foliis pedatis serratis: stipulis ovato-lanceolatis coloratis. *Haller. hist. 1193. Helleborus foetidus. Linn.*

Helleborus niger foetidus. C. Baub. Morison. III. Sect. 12. Tab. 4. fig. 6.

h. H. Perennis.

CAPSULA SOLITARIA TRILOCULARIS BIVALVIS.

COMMELINA. *Plum. Gen. Tab. 38. Gaertner. I. p. 49. Tab. 15. Linn. species.*

Calyx triphyllus: foliis membranaceis concavis: supremis duobus oblongis: infimum ovatum. Corolla tripetala: petalis

petalis duobus superioribus planis: inferiori concavo, in ple-
risque minori. Stamina sex inaequalia: duo longiora anthe-
ris didymis: unum anthera sagittata: tria minora antheris
cruciformibus pollinem ad latera effluentem. Stylus unus
declinatus. Stigma simplex. Capsula ovata. Bractea com-
plicata flores tegens.

communis L., caule basi repente, dein erecto glabro:
foliis vaginantibus ovato-lanceolatis: pedunculo multifloro:
petalis caeruleis: capsula biloculari. *Diar. Bot. Fasc. 8.*
p. 6.

h. H. Annu.

lutea, petalis luteis inaequalibus: caule decumbenti
glabro: vagina duplici, inferiori minori: foliis lanceolatis:
pedunculo multifloro: capsula triloculari. *Commelina Afri-*
cana. Linn.

Hedwigia africana. Medicus. Act. Pal. VI. p. 495.

h. in tepidario. Perennis.

tuberosa L., petalis aequalibus: caule erecto glabro:
foliis lanceolatis margine scabriusculis, subtus pilosis: bra-
cteis subtus pilosis: pedunculo multifloro: capsula trilocula-
ri: petalis saturate coeruleis.

h. in tepidario. Perennis.

cucullata L., bracteis cucullatis: caule decumbenti
hirto: foliis ovalibus: vaginis margine ciliatis: floribus mi-
nutis: petalis caeruleis, infimo minimo: pedunculo pauci-
floro.

h. in tepidario. Perennis.

CAPSULA TRILOGULARIS TRIVALVIS.

EPHEMERUM. *Tournef. Tab. 193. Tradescan-*
tia. Linnæi gen. n. 543. Gaertner. I. p. 51.
Tab. 15.

Calyx triphyllus. Petala tria aequalia. Stamina sex pi-
losa: pilis moniliformibus Stylus unus. Stigma tubulo-
sum. Capsula obsolete trigona polysperma.

congestum, floribus terminalibus congestis pedunculatis nudis: defloratis deflexis: foliis plicatis lanceolatis: caulibus alternis, summis oppositis: caule ramoso erecto striato. *Tradescantia virginica*. Linn.

Ephemerum phalangioides tripetalon virginianum gramineum. *Morif. iii. p. 606. Sect. 15. Tab. 2. fig. 4.*

Variat petalis caeruleis et albis.

h. H. Perennis.

racemosum, floribus racemosis terminalibus nudis: caule erecto: foliis ovatis: villis filamentorum bicoloribus.

Radix fibrosa plures caules emittit erectos, geniculatos, tripedales, glaberrimos, teretes, levissime striatos, basi radicantes, subramosos: ramis alternis patulis caule brevioribus.

Folia glaberrima ovata nervosa, basin versus attenuata, acuta, integerrima, margine villosa, vaginantia: vaginis striatis glabris caule adpressis, margine villosis.

Pedunculus terminalis erectus bi-triuncialis glaber, levis, teres, basi geniculatus, basique folio sessile vestitus.

Flores sessiles subsecundi nudi.

Calyx foliolis aequalibus oblongis obtusis levibus pilosis corolla longioribus conniventibus ut fere cylindricis.

Petala caerulea aequalia, oblongo-ovata, obtusa.

Stamina sex: tria longiora longitudine petalorum subviolacea: villis violaceis: tria breviora violacea, villis flavescens. Ovarium glabrum oblongum Stylus teres subrecurvus. Stigma simplex. Capsula oblonga glabra levis subtrigona: angulis obtusis: trilocularis: loculis polyspermis.

h. in caldario. Annua.

cristatum, involucris diphyllis imbricatis semilunatis unifloris: floribus longitudine involucrorum: caule repen-

te levi: foliis lanceolatis planis. *Tradescantia cristata*.
Linn.

h. H. Annuæ.

HARMALA. *Tournefort. Tab. 133. Peganum*
Linnaei gen. n. 821. Gaertner. 2. p. 87.
Tab. 95.

Calyx pentaphyllus. Corolla pentapetala. Stamina de-
cem-quindecim, basi dilatata. Stylus unus. Stigma tri-
quetrum. Capsula substipitata trigono-globosa, poly-
sperma.

multifida, foliis multifidis. Peganum harmala. Linn.

h. H. Perennis.

JUNCUS. *Tournef. Tab. 127. Linnaei gen. n.*
590. Gaertner. 1. p. 53. Tab. 15.

Calyx diphyllus. Corolla hexapetala. Stamina tria ad
sex aequalia. Stylus unus. Stigmata tria. Capsula ovata vel
trigona unilocularis: loculis monospermis: trilocularis: locu-
lis polyspermis.

1. Culmo nudo.

conglomeratus L., floribus triandris: culmo striato:
capitulo laterali: capitula trigona. Ebrhart. Hannöv. Mag.
1784. p. 115. Leers Herborn. p. 86. Tab. 13. fig 1.

Juncus levis panicula non sparsa. C. Baub. Morison.
III. Sect. 8. Tab. 10. f. 7.

h. passim in fossis. Perennis.

effusus L., culmo nudo striato: panicula laterali laxa:
floribus triandris. Ebrhart. l. c. Leers Herborn. p. 87.
Tab. 13. fig. 2.

Juncus

Juncus levis panicula sparsa maior. *C. Baub. Morison. iii. Sect. 8. Tab. 10. fig. 4.*

h. cum priori. Perennis.

inflexus L., culmo nudo superne inflexo apice membranaceo: panicula laterali: floribus acuminatis. *Wil'denow. Prodr. n. 390. Leers Herborn. p. 78. Tab. 13. fig. 3.*

h. cum priori. Perennis.

filiformis L., culmo filiformi supra paniculam nutante, panicula pauciflora, infra medium culmi erumpente: capsula trigona. *Leers Herborn. p. 87. Tab. 13. fig. 4.*

h. in pratis humidis prope Wehrda, Cappel et Marbach. Perennis.

2. Culmo folioso.

acutiflorus, foliis nodoso-articulatis: floribus acutis: panicula terminali supradecomposita: capsula acuminata. *Ehrbart.*

Juncus culmo erecto: foliis teretibus articulato-nodosis: panicula terminali supradecomposita diffusa. *Roib Fl. Germ. ii. p. 495.*

Gramen junceum articulatum palustre erectum et elatius. *Morison. iii. Sect. 8. Tab. 9. fig. 1.*

h. in paludosis sylvarum. copiose am *Lahnberg* ad viam versus *Bauerbach*. Perennis.

obtusiflorus, foliis nodoso-articulatis: floribus obtusis: panicula composita. *Ehrbart. Juncus articulatus. Linn. Leers Herborn. Tab. 13. fig. 6.*

Gramen junceum articulatum palustre humiliter frequenter utriculis donatum. *Morison. iii. Sect. 8. Tab. 9. f. 2.*

Var. vivipara.

h. copiose in paludosis inundatis. Perennis.

compressus, foliis linearibus canaliculato concavis: capsulis ovatis obtusis: culmo compresso. *Jacquin. Juncus bulbosus. Linn.*

Gramen

Gramen junceum pericarpis rotundis vulgare. *Morif.*
iii. Sect. 8. Tab. 9. fig. 4.

h. in uliginosis prope Caldern. Perennis.

bufonius L., culmo dichotomo: foliis linearibus: floribus solitariis sessilibus plerumque unilateralibus. *Leers Herborn. p. 89. Tab. 13. fig. 8. a.*

h. frequens in humidis. Perennis.

vernalis, foliis planis pilosis: pedunculis simplicibus inferioribus reflexis. *Hoffmann Deutschl. Fl. p. 126. Juncus pilosus. Leers Herborn. p. 90. Tab. 13. fig. 10*

supinus, culmo prostrato nodoso articulato: foliis subnodoso-articulatis: floribus fasciculatis ad ramos sessilibus.

Juncus uliginosus. Roth. Fl. Germ. 2. p. 405. Schrank. Fl. Bav. 1. p. 616.

Juncus supinus. Moench. Enum. Pl. n- 296. Tab. 5.

Gramen junceum minimum, paniculis foliaceis. *Morison. iii. Sect. 8. Tab. 9. fig. 4.*

h. in humidis montis Lahnae ad viam versus Bauerbach. Perennis.

maximus, foliis planis pilosis: panicula terminali ramossissima: floribus fasciculatis. *Roth. Fl. Germ. 2. p. 411.*

h. in fossa diaboli prope Wehrda Perennis.

albidus, foliis planis pilosis acuminatis: corymbis folio brevioribus: pedunculis subtrifloris: petalis albidis. *Hoffm. D. F. p. 126. icon Tab. 4.*

h. frequens in sylvis. Perennis.

campestris L., foliis planis pilosis: spicis ovatis terminalibus: sessilibus pedunculatisque. *Leers Herborn. p. 91. Tab. 13. fig. 5.*

var. β . culmo bipedali: foliis linearibus: spiculis tenuioribus.

h. α . in hortis pratis frequens: β . in fossa diaboli prope Wehrda. Perennis.

ALLIUM. *Tournef. Tab. 206. Linn. species.*

Calyx: spatha arida diphylla. Corolla hexapetala. Stamina sex alterne tridentata: dente intermedio antherifero. Stylus unus. Stigma simplex. Capsula subtrigona polysperma.

1. *Umbella non bulbifera.*

Ampeloprasum L., radice sobolifera: caule tereti: foliis gramineis planis: umbella subglobosa.

Allium staminibus alterne trifidis: foliis gramineis: floribus sphaerice congestis: radice sobolifera. *Haller de Allio. n. XIV.*

Allium sphaericeo capite: folio latiore, s. scorodoprasum alterum. *C. Baub. Morison. ii. Sect. 4. Tab. 15. fig. 12.*

Stamina petalis longiora: caule solido.

h. H. Perennis.

Porrum L., umbella globosa: foliis linearibus planis: radice tunicata simplici.

h. H. Annua.

cepa L., scapo inferne ventricoso: foliis teretibus: radice tunicata simplici.

h. H. Annua.

2. *Umbella bulbifera.*

sativum L., umbella bulbifera plana: radice bulbosa solida, bulbillis composita.

h. H. Perennis.

scorodoprasum L., umbella plana: foliis crenulatis: bulbis compositis. *Icon. Oederi. Tab. 290.*

h. H. Perennis.

spaberocephalon L., foliis semiteretibus: umbella sphaerica: staminibus petalis longioribus. *Allione Fl. Pedem. n. 1872.*

Allium

Allium staminibus alterne trifidis: foliis fistulosis: capite sphaerico non bulbifero, atropurpureo. *Haller de Allio. XX. n. 11. Icon. Tab. 2.*

h. H. Perennis.

vineale L., foliis fistulosis: capitulo bulbifero sphaerico: floribus serioribus.

Allium radice multiplici: foliis fistulosis: capite sphaerico bulbifero: staminibus alterne trifidis. *Haller. Hist. n. 1222. de Allio. XIII. n. 4.*

Allium sylvestre tenuifolium. *Dod. Pempt. 683.*

h. in hortis *am Weinberg* copiose. Perennis.

CEPA. *Allii species Linnaei et Halleri.*

A priori differt. Staminibus omnibus integris.

1. Umbella non bulbifera.

Victorialis, umbella sphaerica: stamina basi latiora: foliis ovato oblongis: radice oblonga reticulo obducta. *Allium victorialis* L. *Haller. de Allio XXXI. n. 20. Morison. n. Sect. 4. Tab. 15. fig. 16.*

h. H. Perennis.

obliqua, foliis planis obliquis: umbella densa globosa: staminibus petalis duplo longioribus: petalis erectis: spatha umbella breviori. *Allium obliquum. Linn.*

h. H. Perennis.

flava, petalis flavis: foliis teretibus: umbella pauciflora: pedicellis pendulis: staminibus petalis longioribus: spatha umbella longiori. *Allium flavum. Linn.*

Allium foliis teretibus vagina bicorni: umbella lutea pendula. *Haller. de Allio. XXXV. n. 24.*

h. H. Perennis.

paniculata, foliis teretibus: umbella laxa: petalis rubris: spatha longissima septem striata: striis viridibus. *Allium paniculatum. Linn.*

Allium foliis teretibus: vagina bicorni: umbella pendula suave - purpurea. *Haller. de Allio. XXXVI. n. 25. cum icone. Tab. 1.*

h. H. Perennis.

senescens, scapo ancipiti: foliis linearibus obtusis obliquis subtus convexis levibus: umbella subrotunda: stamina petalis longiora: alterne basi latiora: spatha umbella breviori. *Allium senescens. Linn. Moenchia narcissiflora. Medicus Act. Pal. VI. p. 493 Allione Fl. Pedem. n. 1879.*

Allium radice senescente lignosa transversa. *Haller. de Allio. XXIX. n. 11.*

h. am Rhinberg prope Caldern. Perennis.

Moly, scapo subcylindrico: foliis lanceolatis: umbella plana: petalis patentibus flavis: staminibus teretibus aequalibus: petalis brevioribus. *Allium Moly. Linn. Haller de Allio XXXIV. n. 23.*

h. H. Perennis.

ventricosa, umbella oblonga: scapo inferne folioso fistuloso inflato foliis longiore: foliis fistulosis teretibus: staminibus petalis longioribus: petalis albis carina viridi: bulbo tunicato. *Allium fistulosum. Linn.*

Allium staminibus simplicibus caule medio ventricoso. *Haller. de Allio. XXIII. n. 13.*

h. H. Perennis.

schoenoprasa, foliis teretibus subulato - filiformibus: scapo longitudine foliorum: bulbo oblongo simplici tunicato. *Allium schoenoprasum. Linn.*

h. H. Perennis.

3. *Umbella bulbifera.*

prolifera, umbellis proliferis: scapo inflato: foliis fistulosis: staminibus alterne basi latioribus membranaceis: petalis albis carina viridi: bulbo composito. *An Allium multibulbosum Jacquini?*

h. H. Perennis.

CAPSULA SOLITARIA QUINQUELOCULARIS,
QUINQUEVALVIS.

CISTUS. *Tournef. Tab. 136. Gaertner. 2. p.*
370. Tab. 76. Linnæi species.

Calyx pentaphyllus: foliolis duobus minoribus. Corolla pentapetala, decidua. Stamina plurima. Stylus unus, vel nullus. Stigma capitatum. Capsula polysperma.

villosus L., arborescens: foliis petiolatis ovatis hirtis: capsulis villosis.

h. in frigidario.

cordifolius, arborescens: foliis cordato-lanceolatis integris subscabris: pedunculis quadri-quinquefidis piloso-glutinosi: bracteatis: bracteis caducis: calycibus subaequalibus: stigmate sessili crasso. *Cistus populifolius. Linn.*

Petala alba, unguibus flavis. Capsula glabra.

h. in frigidario.

ladaniferus L., arborescens: foliis lanceolatis, supra levibus: petiolis basi connatis: pedunculis bracteatis: bracteis oblongis caudatis concavis deciduis.

Obs. Petala alba maxima, basi macula profunde rubra notata. Stylus nullus. Stigma sessile.

h. in frigidario.

albidus L., arborescens: foliis sessilibus ovato-lanceolatis tomentosis incanis subtrinerviis disco flexuosis: ramis tomentosis: pedunculis terminalibus ternis.

Obs. Calycis foliola omnia hirsuta obcordata caudata: maiora in margine membranacea: ovarium hirsutum pentagonum: stylus brevissimus: petala rosea.

h. in frigidario.

undulatus, caule frutescenti: foliis lanceolatis subtus pubescentibus, et e basi trinerviis, undulatis: petiolis superioribus vaginantibus.

Caulis

Caulis scabriusculus, ramosus teres. Folia in petiolum decurrentia: petiolis basi ciliatis: imis connatis: superioribus vaginantibus, basi rubellis. Pedunculi non geniculati terminales viscosi pilosi uniflori. Calycis foliola pilosa scabra subviscida: maiora obcordata caudata: minora oblonga. Stamina numerosa. Petala maxima rubra emarginata basi macula fusca notata. Stylus octo lineas longus flexuosus. Stigma capitatum. Ovarium subpentagonum, pilosum.

An. Cistus villosus. Linn.?

h. in frigidario.

BALSAMINA. *Tournef. Tab. 225. Gaertner. 2. p. 151. Tab. 113. Jussieu Gen. Plant. p. 299.*

Calyx diphyllus deciduus minimus. Corolla tetrapetala irregularis: petalo superiori fornicato: inferiori inflato calcarato: duo lateralia interiora. Stamina quinque antheris conniventibus. Stylus nullus. Stigma acutum. Capsula oblonga elastica dissiliens polysperma: valvis in spiram tortis.

noli tangere, pedunculis multifloris solitariis: caule geniculato: geniculis tumentibus: foliis ovatis petiolatis crenatis. *Impatiens. Linn. Icon. Oederi. Tab. 588.*

h. in monte Lahnae, locis uliginosis versus Bürgeln.
Annua.

CAPSULA EVALVIS MULTILOULARIS.

PAPAVER. *Tournef. Tab. 116. Linnaei gen. n. 587. Gaertner. 1. p. 289. Tab. 60.*

Calyx diphyllus deciduus. Petala quatuor decidua. Stamina numerosa. Stylus nullus. Stigma sessile planum radiatum. Capsula globosa vel oblonga incomplete multilocularis, sub stigmate torripinibus dehiscens.

1. Capsu.

1. *Capsulis hispidis.*

Argemone L., capsulis clavatis: caule folioso multifloro.

Argemone capitulis longioribus hirsutis. Morison ii. Sect. 3. Tab. 14. fig. 10.

h. frequens in agris et cultis. Annua.

2. *Capsulis glabris.*

Rhoeas L., capsulis globosis: caule setoso multifloro: foliis pinnatifidis incis. incisis.

h. frequens in agris. Annua.

dubium L., capsulis oblongis: caule multifloro: setis adpressis: foliis pinnatifidis incis. incisis.

Argemone capitulis longioribus glabris. Morison. ii. Sect. 3. Tab. 14. fig. 11.

h. in muris hortorum ante portam capucinatorum. Annua.

Obs. Petala in nostra regione constanter rubra ac integra.

somniferum L., calycibus glabris: foliis amplexicaulis inciso-dentatis.

Colitur. Annua.

grandiflorum, capsulis globosis: caulibus setis adpressis scabris bi-trifloris: foliis pinnatis: pinnis nervo decurrentibus setosis dentatis. *Papaver orientale. Linn.*

Papaver orientale hirsutissimum flore magno. Tournef. Iter. 3. vers. German. p. 226. Icon. Tab. 17.

h. H. Perennis.

flavum, capsulis oblongis: caule multifloro levi: foliis pinnatis incis. incisis. *Papaver cambricum. Linn.*

Argemone lutea Cambro-britannica. Morison. ii. Sect. 3. Tab. 14. fig. 12.

h. H. Perennis.

CAPSULA SUBCYLINDRICA BI-TRI-MULTILOULARIS,
VALVATA.

CORCHORUS. *Tournef. Tab. 135. Gaertner.*

1. p. 307. Tab. 64. Corchori species Linn.

Calyx pentaphyllus. Corolla pentapetala. Stamina duodecim quadraginta. Stylus unus. Stigma simplex bi-trifidum. Capsula fusiformis, obsolete angulata: loculis polyspermis: septis transversalibus monospermis divitis.

quinquelocularis, capsulis quinquelocularibus quinque-striatis glabris: foliis oblongis serratis: ferris duobus infimis profundioribus seta terminatis: staminibus duodecim ad quindecim: stigmate trifido. *Corchorus Olitorius. Linn. Corchorus Camer. hort. Icon. Tab. XII.*

h. H. Annua.

trilocularis, capsulis trilocularibus tristriatis: foliis ovato-oblongis: ferra ima altera profundiori: seta terminata: staminibus quindecim - viginta: stigmate bifido. *Corchorus trilocularis. Linn.*

h. H. Annua.

hirtus L., caule petiolisque hirtis: foliis ovato-oblongis subpilosis profunde serratis: ferris imis aequalibus mucicis: staminibus numerosis ad quadraginta: stigmate simplici: capsula subcompressa pilosa biloculari.

h. H. Annua.

CAPSULA SILIQUOSA.

GLAUCIUM. *Tournef. Tab 130. Gaertner. 2.*

p. 165. Tab. 115. Chelidonium Linnaei.

Calyx diphyllus caducus. Corolla tetrapetala decidua. Stamina numerosa. Stigma sessile bi-trifidum. Capsula bivalvis polysperma longissima subcylindrica: dissepinentum fungosum.

glaucum,

glaucum, caule glauco levi: foliis radicalibus pinnatifidis: caulinis lobatis: capsulis bivalvis subcurvis, subscabris: petalis luteis. *Chelidonium glaucium*. Linn. Icon. Oederi. Tab. 585.

h. H. Biennis.

phoeniceum, caule hispido: foliis sessilibus pinnatifidis: laciniis integris: petalis phoeniceis: capsulis hispidis bivalvis, rectis. *Chelidonium corniculatum*. Linn.

h. H. Annua.

Obs. Stamina sedecim-viginta. Stigma bilamellatum.

trivalve, capsulis subhispidis trivalvis rectis linearibus lineatis: caule hispido: foliis sessilibus pinnatifidis: laciniis linearibus dentatis: petalis violaceis: stigmate tri-tetraquetro. *Chelidonium hybridum*. Linn.

Papaver corniculatum violaceum. C. Baub. Morison. II. Sect. 3. Tab. 14. fig. 3.

h. H. Annua.

SILIQUA SPURIA.

CHELIDONIUM. Tournef. Tab. 116. Gaertner.

2. p. 164. Tab. 115. Medicus Philos. Bot.

1. p. 107.

Calyx, corolla, stamina, stigma prioris. Siliqua teres polysperma.

haematodes, pedunculis umbellatis: foliis pinnatis, pinnis obtuse lobatis extremis confluentibus. *Chelidonium majus* L. Icon. Oederi. Tab. 676.

h. frequens ad sepes inque muris. Perennis.

SINAPISTRUM. *Tournef. Tab. 116. Pedicel-
laria. Diarium. Bot. VIII. p. 10. Cleome
Linn. Gaertner. 1. p. 368. Tab. 76.*

Calyx retraphyllus deciduus. Corolla tetrapetala irre-
gularis. Stamina sex - sedecim inaequalia pedicello ovarii
inserta. Stylus nullus. Stigma crassiusculum. Ovarium pe-
dicellatum. Siliqua teres, vel oblonga tumida polysperma

giganteum, foliis septenatis: foliolis lanceolatis pilosis,
integerrimis: floribus hexandris: caule inermi. *Cleome gi-
gantea Linn. Jacq. Obs. 4. p. 1. Icon. Tab. 76.*

h. in caldario. Frutex.

decandrum, floribus decandris: foliis omnibus ternatis
ellipticis obtusis: intermedio maximo: floribus solitariis axil-
laribus pedunculatis erectis: siliquis compressis oblongis sub-
viscidis. *Cleome dodecandra. Linn.*

Sinapistrum triphyllum pumilum glabrum: flosculo pur-
pureo: siliqua membranacea. *Burmann. Zeyl. p. 216. Icon.
Tab. 100. fig. 1.*

Obs. Petala emarginata. Stamina constanter decem ru-
bra: ovario styloque rubro: glandulae tres ad basin ovarii.

h. H. Annua.

lanatum, seminibus lanatis: foliis ternatis linearibus
obtusis: floralibus simplicibus: floribus hexandris: siliquis
fufiformibus viscosis. *Cleome arabica. Linn.*

h. H. Annua.

SILIQVA VERA LINEARIS TERES.

SISYMBRIUM. *Linnaei species.*

Calyx retraphyllus: foliolis subpatentibus. Corolla te-
trapetala unguiculata. Stamina sex, duo opposita breviora.
Stigma obtusum. Glandulae quatuor ad basin ovarii. Sili-
qua longa subtorosa valvis rectis non revolutis. Semina
emarginata.

Iris

Irio L., caule levi glabro ramoso: foliis runcinatis dentatis glabris: siliquis erectis.

Erythimum latifolium maius glabrum. *Morison. ii. Sect. 3. Tab 3. fig. 3.*

h. H. Annua.

villosum, caule levi villoso: foliis runcinatis dentatis villosis: siliquis levibus erectis. *Sisymbrium Columnae Jacq. Hoffm. Deutschl. Flora. p. 236. Panzer. Obs. p. 7-9.*

h. H. Annua.

sinapios, foliis inferioribus runcinatis: laciniis lanceolatis dentatis: dente cauli adproximato longissimo: summis pinnatis: pinnis lineari-filiformibus, integerrimis. *Sisymbrium sinapios. Rhezii Obs. 3. p. 37.*

Descriptio. Planta biennis. Caulis bi-tri-pedalis erectus, superne ramosissimus, inferne subpilosus: pilis reflexis. Foliorum sapor sinapis. Petala pallide flava. Siliquae longissimae lineares filiformes glabrae.

h. H. Biennis.

patens, caule ramoso tereti piloso: ramis patentibus: foliis runcinatis: lacinia extrema sagittata: foliis supremis lanceolatis sagittatis.

Descriptio. Radix annua. Calycis foliola petalis adpressa. Petala pallide flava integra. Glandula magna inter pistillum et stamen brevius. Stamina compressa. Ovarium bifarie pilosum. Stigma emarginatum. Siliqua teres levis bifarie pilosa. An *Brassica patens Murray?*

h. H. Annua.

bursifolium L., caule levi: foliis pinnatifidis: pinnis linearibus: racemo flexuoso: siliquis subcompressis levibus: petalis albis.

h. H. Annua.

sophia L., foliis bipinnatis: pinnis pinnatifidis linearibus: petalis minimis. *Icon. Oederi. Tab. 528.*

h. patim in ruderatis am *Pilgramstein.* Annua.

arenosum L., foliis pinnatifidis hispidis: laciniis dentatis: caule subramoso subfolioso: calycibus adpressis pilis furcatis: petalis purpureo-violaceis: siliquis linearibus longissimis torosis glabris.

Arabis arenosa. Scopoli. ii. n. 837. Icon. Tab. 40.
h. H. Perennis.

2. *Foliis integris.*

strictissimum L., foliis lanceolatis dentatis: ramis fructiferis subsecundis: stigmatate emarginato: siliquis brevibus torosis glabris.

h. H. Perennis.

SINAPIS. Tournef. Tab. 112. Gaertner. 2. p. 299. Tab. 143. *Linnaei species.*

Calyx tetraphyllus patentissimus coloratus. Corolla tetrapetala unguiculata. Stamina sex, duo opposita breviora. Siliqua teretiascula, mediocris longitudine, rostrata: rostro ensiformi, vel tetragono.

arvensis L., foliis ovato-oblongis sinuatis dentatis: siliquis torosis levibus, rostro tetragono.

h. in agris inter segetes prope Caldern. Annua.

alba L., foliis pinnatis: pinnis imis remotis minoribus: extrema trilobata: pedunculis patentibus: siliquis subrectis torosis hispidis: rostro subtetragono levi. Icon. Blakwell. Tab. 29.

h. H. Annua.

juncea L., caule glauco levi: ramis fasciculatis: foliis summis lanceolatis integerrimis: siliquis torosis glabris: rostro subancipiti brevissimo.

Sinapi indicum maximum lactucae folio. Herm. Par. Bat. p. 230. cum icque.

h. H. Annua.

erucoides L., foliis sessilibus oblongis levibus runcinato-dentatis: siliquis patentibus torosis glabris: rostro ancipiti.

Obs.

Obs. Petala alba, stamina alba peracta foecundatione rubescentia. h. H. Annua.

tenella, filiquis torosis levibus rostro subtetragono: foliis interioribus lyrato-runcinatis: superioribus linearibus denticulatis. *Sinapis Chinenfis*. Linn.

h. H. Annua.

BRASSICA. *Tournef. Tab. 106. Gaertner. 2.*

p. 295. Tab. 143. Linnaei species.

Calyx tetraphyllus patens coloratus: foliolis linearibus concavis apice cucullatis. Corolla tetrapetala unguiculata. Stamina prioris. Glandulae quatuor, duae, inter stamina maiora, exteriores: duae, inter stamina minora, interiores. Siliqua teres: dissepimentum valvis contrarium: rostrum subulatum obtusum.

Oleifera, foliis radicalibus lyratis, caulinis cordato oblongis amplexicaulibus dentatis: filiquis patentibus levibus: radice ramosa descendente. *Brassica napus*. L. *Napus* Dod. *Pempt. p. 674.*

Colitur. Biennis.

rapa L., radice orbiculari depressa carnosa.

Colitur. Annua.

oleracea L., filiquis patentibus levibus calyce subadpresso: radice tereti carnosa.

Colitur. Biennis.

CHEIRANTHUS. *Gaertner. 2. p. 296. Tab.*

143. Linnaei species.

Calyx tetraphyllus adpressus: foliolis duobus basi faccatis. Petala quatuor unguiculata. Stamina prioris. Siliqua teres non dehiscens bipartibilis: apice subulata bi tricuspidiatave. Semina emarginata oblonga.

tricuspidatus L., foliis lyratis sinuatis tomentosiss: laciniis integris: petalis emarginatis: filiquis tricuspидatis glabris.

Leucoium marinum. *Camerar hort. icon. Tab. 24.*

h. H. Annua.

sub-

subulatus. siliquis subulatis scabris: pilis adpressis: foliis integerrimis obovatis emarginatis aveniis: petalis emarginatis rubris mox violaceis. *Cheiranthus Cbius*. Linn.

Leucoium thlaspeos facie. *Hermann. Par. Bot. p. 192. cum icone.*

h. H. Annua.

scaber, caule ramosissimo diffuso: foliis petiolatis lanceolatis acute dentatis scabris: siliquis piloso-scabris: petalis integris angustis carneis *Hesperis africana*. Linn.

Leucoium gallicum folio halimi. *Boccon. Sic. Tab. 42. fig. 1.*

h. H. Annua.

SILIQUA VERA TETRAGONA.

ERYSIMUM. *Tournef. Gaertner. 2. p. 297. Tab. 143. Linnaei species.*

Calyx tetraphyllus adpressus, basi laciniis aequalibus. Corolla staminaeque prioris. Glandulae inter stamen brevius. Siliqua torosa rostro brevissimo.

officinale L., siliquis racemo-adpressis: foliis runcinatis: lacinia extrema hastata. *Icon Blakwell. Tab 28.*

h. ad vias inque ruderatis, frequens *am Pilgramstein.*
Annua.

Barbarea L., foliis lyratis: lacinia extrema subrotunda dentata.

h. in pratis humidiusculis prope Wehrda et Cappel.
Perennis.

Alliaria L., foliis cordatis, imis obtusis, superioribus acutis. *Icon. Blakwell. Tab. 372.*

h. ad sepes frequens. Biennis.

repandum L., foliis lanceolatis sinuato-dentatis: racemis ramorum terminalibus: racemo caulino intermedio oppositifolio.

De-

Descriptio. Radix fibrosa albida annua. Caulis erectus angulosus, glaber, ramosus, ramis alternis, bipedalis. Folia sessilia alterna acute-dentata glabra: pothos duo-tres longa, lineas quatuor-sex lata. Flores pedunculati: pedunculis lineis duabus longis. Calyx adpressus, foliolis lanceolatis. Petala sulphurea integra subcucullata lineas quatuor longa. Ovarium glabrum tetragonum. Siliquae filiformes glabrae subrectae: imae subcurvae: exacte tetragonae, uncias tres vel quatuor longae.

h. H. Annua.

diffusum, ramis patentissimis: foliis linearibus subdentatis glabris recurvis: floribus pedunculatis: siliquis patentibus: valvulis longitudine dissepimenti. *Erbart. Beitr. 7. p. 157.*

h. H. Annua.

hieracifolium L., foliis lanceolatis sessilibus alternis remote dentatis. *Rhezii Obs. 1. p. 20.*

h. H. Biennis.

glaucum, caule simplici, foliisque glaucis: foliis integerrimis: imis obovatis: caulinis amplexicaulibus ovatis: petalis albis: siliquis longissimis erectis tetragonis. *Brassica Orientalis. Linn.*

Brassica campestris flore albo. *C. B. Morison. 11. p. 210. Sect. 111. Tab. 2. fig. 29.*

h. H. Annua.

cinereum, cinereo-virescens: foliis lanceolatis subdentatis scabris: caule angulato ramoso: ramis rectis: siliquis levibus tetragonis: petalis sulphureis.

Cheiranthus helveticus. *Jacquin. Hort. vind. Cent. 3. Tab. 9. Panzer Obs. p. 35.*

Cheiranthus boccone. *Allione Fl. Pedem. 1. p. 272. Icon. Tab. 58. fig. 2.*

h. H. Perennis.

cheiran-

cheiranthoides, foliis lanceolatis glabris dentatis: caule erecto: siliquis subpatulis: petalis luteis.

Cheiranthus erysimoides Linn. *Pauzer. Obs.* p. 34.
h. H. Biennis.

HESPERIS. *Tournef. Tab.* 108. *Linn. species.*

Calyx tetraphyllus connivens: foliolis duobus basi facatis. Corolla, stamina prioris: siliqua tetragona: dissepimento valva unica adnato, non separabili: semina alternatim obtegenti.

tristis L., caule ramoso patente hispido: floribus noctu olentibus.

h. H. Biennis.

TURRITIS. *Gaertner. 2. p.* 297. *Tab.* 143.
Linnaei species.

Calyx tetraphyllus subpatens basi aequalis. Corolla, stamina prioris. Siliqua rhombeo - compressa longissima: stylo brevissimo terminata. Semina emarginata compressa.

glabra L., foliis radicalibus runcinato - lyratis scabris: caulinis amplexicaulibus glabris strictis: caule simplici erecto: siliquis strictis racemo adpressis.

h. frequens am *Weinberg, der Kirchspitz und dem Tanymsberg.* Biennis.

ERUCA. *Tournef. Tab.* 111.

Calyx tetraphyllus connivens basi aequalis. Corolla staminaque priorum. Siliqua rhombeo compressa, stylo ensiformi vel subtetragono terminata.

foetida, caule piloso erecto: foliis lyratis: petalis venosis: siliquis pilosis racemo adpressis: stylo ensiformi.
Brassica eruca. Linn. *Icon. Blakwell. Tab.* 242.

h. H. Annua.

tenuifolia, caule glabro erecto folioso: foliis pinnatifidis: laciniis linearibus integerrimis: costa albida: calycis laciniis duobus patentibus, duobus adpressis: siliquis rectis glabris. *Sisymbrium tenuifolium*. Linn.

Obs. Calycis foliola duo apice fornicata pilosa, duo plana glabra.

h. H. Perennis.

decumbens, caule decumbenti, inferne folioso ramoso, superne nudo: foliis lanceolatis sinuato-dentatis levibus: racemo laxo: siliquis glabris patentibus: calycibus adpressis. *Sisymbrium murale*. Linn.

h. H. Biennis.

SILIQUA COMPRESSA.

LEUCOIUM. *Tournes. Tab. 107. Cheiranthus*
Linn. Milleri Illustr. p. 123. Tab. 55.

Calyx tetraphyllus connivens: foliolis duobus basi prominulis. Corolla staminaque priorum. Glandulae quatuor inter stamina breviora. Siliqua compressa angulis obtusis, rostro brevissimo bifido. Semina compressa marginata.

incanum, foliis lanceolatis integerrimis, obtusis, incanis, caule suffruticoso. *Cheiranthus incanus*. Linn.

h. H.

ARABIS. *Linnaei gen. n. 1094.*

Calyx tetraphyllus connivens: foliolis duobus basi prominulis aut aequalibus. Corolla staminaque prioris. Glandulae quatuor. Siliqua longa: rostro brevissimo obtuso terminata, subcompressa. Semina marginata.

incana, foliis incanis amplexicaulibus dentatis: calycibus foliolis duobus basi gibbis: caule ramoso folioso diffuso. *Arabis alpina* Linn. *Icon. Oederi. Tab. 62.*

h. im Kølber Wald. Perennis.

R.

thalian

thaliana L., foliis radicalibus petiolatis ovatis integerrimis: caulinis crenatis: caule subnudo ramoso. *Pollich. Pal. II. n. 636. Icon. Tab. 1.*

h. frequens in hortis et cultis. Annua.

bellidifolia, radice multicauli: foliis subdentatis glaberrimis radicalibus obovatis: caulinis lanceolatis: calycibus basi aequalibus: racemo seminifero erecto: siliquis erectis. *Jacquin. Obs. I. p. 22. Icon. Tab. 12.*

Turritis bellidifolia. *Allione Fl. Pedem. I. n. 978. Icon. Tab. 40. fig. 1.*

Obs. Caulis pedalis sesquipedalis.

h. H. Perennis.

nutans, racemo seminifero erecto apice nutanti: foliis subdentatis ciliatis: radicalibus obovatis: caulinis oblongis glabris amplexicaulibus: siliquis erectis subsecundis.

Plantula cardamines aemula. *Clus. Morison. II. Sect. 3. Tab. 4. fig. 4.*

Var. *Arabis bellidifolia* Linn., *Jacquini et Halleri.*

Descriptio. Radix perennis simplex descendens. Caulis solitarius simplicissimus erectus digitalis spithameusve nec altior. Folia radicalia in orbem sparsa, in petiolum decurrentia, ciliata, dentata, antice integra. Racemus subnutans. Petala alba. Calycis foliola duo basi prominula. Siliquae erectae leves, constanter subsecundae.

h. H. Perennis.

Cl. Jacquinus cum priori coniunxit, a qua tamen notis datis, et per quatuor annos ex semine recenter nata, constanter differt, nec faciem mutavit. Ut semina *Arabis bellidifoliae* nunquam plantam *Arabi nutanti* similem protulerunt. Igitur duas esse species distinctas arbitror.

bispida, caule piloso hispido: foliis amplexicaulibus, lanceolatis, dentatis: calycibus subpilosis: seminibus emarginatis. *Arabis pendula* L. *Rhezii Obs. III. p. 36.*

h. H. Biennis.

rugosa,

rugosa, calycibus subrugosis, caule subpubescenti, foliis amplexicaulibus dentatis: seminibus marginatis. *Arabis turrata*. Linn. *Rhezii Obs.* iii. p. 36.

h. H. Biennis.

Obs. Petala in utrisque albido-flavescentia, et siliquae femine maturo nutant: hinc differentia siliquarum data nihil valet. Calyces et semina optimum praebent characterem distinctivum, et monente Rhezio pro diversis species sunt habendas.

violacea, petalis violaceis: foliis inferioribus lanceolatis ferratis, sessilibus: superioribus cordatis, amplexicaulibus, dentatis: siliquis strictis: seminibus emarginatis. *Hesperis verna* L. *Panzer. Obs.* p. 17.

h. H. Biennis.

CARDAMINE. *Tournef. Tab.* 109. *L. H. I. K.*

Gaertner. 2. p. 294. *Tab.* 143. *Linnaei species.*

Calyx tetraphyllus, connivens, basi aequalis. Corolla staminaque prioris. Stigma simplex. Glandulae sex, duae ad basin singuli staminis brevioris, duae inter stamina majora. Siliqua rostro obtuso simplici: dissiliens valvis a basi ad apicem revolutis.

parviflora L., foliis pinnatis exstipulatis; imis subrotundis obtuse lobatis: intermediis lanceolatis dentatis: supremis linearibus subdentatis: ramis patulis: siliquis linearibus patulis: petalis albis vix calyce longioribus.

h. in sylvis retro Fronhauzen ad viam, quae ducit Crofdorf versus. Biennis.

apetala, foliis pinnatis stipulatis: imis ovatis obtuse lobatis: caulinis lanceolatis acute dentatis: ramis rectis: floribus apetalis: siliquis linearibus erectis. *Cardamine impatientis*. Linn. *Icon. Oederi. Tab.* 735.

Obs. Petalis nunquam vidi instructis. Allione vero petala decidua adesse contendit.

h. frequens *am Rbinberg* prope *Caldern*. Annua.

lobata, foliis pinnatis glabris: pinnis lobatis: imis obtusis, supremis acutis: siliquis latis oblongis: caule ramoso erecto. *Cardamine graeca*. Linn.

Sio minimo prosperi alpini affinis siliculis latis. *Boccone sic. 84. Icon. Tab. 44. fig. 2.*

h. H. Annua.

pratensis L., foliis pinnatis: radicalibus subrotundis: caulinis lanceolatis: caule simplici erecto. *Icon. Blakwell, Tab. 223.*

h. vulgaris in pratis et hortis. Perennis.

amara L., foliis pinnatis: pinnis subrotundis obtuse lobatis: lobis obtusis: stolonibus nullis: antheris purpureis. *Allione Fl. Pedem. 1. n. 954. Icon. Tab. 56. fig. 1.*

h. copiose prope *Kerzhausen* in inundatis. In fossa diaboli prope *Wehrda*. Perennis.

DENTARIA. *Tournef. Tab. 110. Linnaei gen. n. 1087.*

Calyx tetraphyllus parvulus subpatens: foliolis basi aequalibus. Petala staminaque priorum. Stigma emarginatum. Siliqua elastice e basi ad apicem diffiliens.

bulbifera L., foliis inferioribus pinnatis: pinnis lanceolatis obtuse serratis acutis: superioribus simplicibus: axillis bulbiferis: petalis calyce quadruplo longioribus: radice squamata, *Icon. Oederi. Tab. 361.*

h. copiose *am Rbinberg* prope *Caldern*. Perennis.

LUNARIA. *Tournef. Tab. 105. Gaertner. 2. p. 283. Tab. 124. Batsch Analyses Fl. P. 1. Tab. 11. fig. 20. Linnæi gen. n. 1085.*

Calyx tetraphyllus connivens: foliolis duobus basi gibbis. Corolla, staminaque priorum. Ovarium pedicellatum. Stigma crassum. Glandulae nullae. Siliqua elliptica compresso-plana. Semina ovato-reniformia marginata compressa.

biennis, radice bienni: foliis petiolatis cordatis antice elongatis ferrato-dentatis, imis oppositis, caulinis alternis: floribus inodoris. *Lunaria annua. Linn.*

Variat petalis purpureo-violaceis, et albis.

h. H. Biennis.

FIBIGIA. *Medicus Gen. Pl. Fasc. 1. p. 90. Tab. 2. fig. 23. Alyssum Linnæi.*

Calyx tetraphyllus: foliolis basi aequalibus, conniventibus. Corolla tetrapetala: lamina linearibus. Stamina sex, duo breviora opposita: membranacea, membrana superne retusa. Glandulae nullae. Stylus brevis persistens. Stigma simplex. Siliqua subcompressa ovalis: loculis polyspermis. Semina compressa alata.

clypeata, caule erecto herbaceo piloso scabro: foliis lanceolatis sessilibus integerrimis subscabris: petalis flavis mucicis obtusis: siliquis pedunculatis tomentosis. *Alyssum clypeatum. Linn.*

Lunaria clypeata. Allione Fl. Pedem. 1. p. 245.

h. H. Biennis.

DRABA. *Dillenii Nov. Pl. Gen. p. 122. Linnæi gen. n. 1076.*

Calyx tetraphyllus: foliolis ovato-oblongis basi aequalibus. Corolla tetrapetala: unguibus minutissimis: laminais.

emac-

emarginatis vel semibifidis. Stamina priorum. Stigma capitatum. Siliqua brevis ovato-oblonga subcompressa polysperma.

aizoides L., scapo solitario simplici: foliis linearibus integerrimis acutis levibus, margine ciliatis: petalis flavis emarginatis: stylo elongato.

h. H. Perennis.

verna L., scapis plurimis simplicibus: foliis lanceolatis subdentatis: petalis semibifidis albis: stylo brevissimo.

h. ubique ad vias, in agris hortisque. Annua.

SILIQUA DECLINATA.

CARDAMINUM. *Ruellii*.

Calyx tetraphyllus - foliolis basi aequalibus. Petala quatuor unguiculata. Stamina priorum. Glandulae quatuor. Siliqua teres polysperma: valvis rectis dehiscentibus.

nasturtium, foliis pinnatis, pinnis ovatis: racemis laxis brevibus. *Sisymbrium nasturtium*, Linn. Icon. Oederi Tab. 690.

h. in fossis et rivulis. prope Kerzhausen und dem Neubof. Perennis.

RABICULA. *Dillen*. Gen. p. 121. Tab. 6. *Halleri Hist.* 1. p. 211. *Brachiolobos*. *Allione Fl. Pedem.* 1. p. 278. *Sisymbrii species Linnaei*.

Calyx tetraphyllus patens: basi aequalis coloratus. Petala staminaque prioris. Glandulae nullae. Siliqua oblonga brevis, torosa.

lancifolia, foliis omnibus lanceolatis dentatis: petalis calyce longioribus.

Reni-

Radicula, foliis integris aut pinnatifidis: petalis calyce longioribus. *Halleri Hist. n. 486.*

Raphanus aquaticus alter. *Baub. Prodr. p. 38. cum icone.*

h. ad ripas Lahnae, in via, quae ducit Wehrdam versus. Perennis.

palustris, foliis pinnatifidis ferratis: petalis calyce minoribus: pedunculis fructiferis declinatis. *Radicula Halleri. n. 487.*

Sisymbrium palustre. *Pollich. n. n. 625.*

Raphanus aquaticus foliis in profundas lacinias divis. *Baun. Prodr. p. 38. cum icone.*

h, passim in udis inque ripis rivulorum. prope Wehrda, Bürgeln. Perennis.

Has duas species sub nomine *Sisymbrii amphibii* *Linnaeus* in unam coniunxit, quae bene iam *Hallerus* distinxit.

pinnata, foliis pinnatis: pinnis dentatis ovatis lanceolatisve: petalis calyce aequalibus: pedunculis fructiferis patulis. *Sisymbrium sylvestre.* *Linn. Icon. Oederi. T. 409.*

Brachiolobos sylvestris *Allione Fl. Pedem. n. 1012. Icon. Tab. 56. fig. 2.*

h, frequens in locis humidis prope Okershausen. Perennis.

SILIQVA PERICARPIFERA.

SCHRANKIA. *Medicus Gen. Pl. 1. p. 42. Tab.*

1. fig. 10.

Calyx tetraphyllus: foliis linearibus aequalibus patulis. Corolla tetrapetala unguiculata. Glandulae sex, duae maiores inter stamina longiora. Ovarium ovatum. Stamina priorum. Stylus longus teres. Stigma capitatum. Siliqua intera monosperma: pericarpium articulatum monospermum uniloculare.

rugosa,

rugosa, pericarpio sulcato hispido rugoso: siliquis racemo adpressis: foliis imis pinnatifidis: supremis lanceolatis dentatis: petalis integris. *Myagrurn rugosum*. Linn.

Rapistrum rugosum. *Allione Fl. Pedem. 1. n. 940.*
Icon. Tab. 78.

h. H. Annua.

HIRSCHFELDIA.

Calyx tetraphyllus: foliolis aequalibus patulis. Corolla tetrapetala unguiculata. Glandulae quatuor. Ovarium subtetragonum. Stylus teres brevis. Stigma capitatum. Siliqua infera teres polysperma: pericarpium capitatum monospermum leve.

adpressa, siliquis racemo adpressis subtorosis glabris: caule ramoso inferne scabro, superne levi: foliis lyratis scabris. *Sinapis incana*. Linn.

Erysimum foliis subincanis: siliquis brevissimis. *Herm. Par. Bat. p. 155. cum icone.*

h. H. Annua.

In memoriam *Hirschfeldii* auctoris fastorum hortensium.

SILICULOSA.

Siliculis inflatis.

ALYSOIDES. *Tournef. Tab. 104. Medicus*
Gen. Pl. 1. p. 63.

Calyx tetraphyllus subpatens. Corolla tetrapetala unguiculata. Stamina sex, duo breviora opposita basi introrsum dentata. Stylus simplex. Stigma obtusum. Silicula orbiculata polysperma: femina marginata compressa.

tomentosa, caule suffruticoso tomentoso: foliis lanceolatis subdentatis tomentosis: petalis flavis emarginatis. *Alyssum creticum*. Linn.

h. H. Perennis.

utri-

utriculata, caule herbaceo erecto: foliis radicalibus obovatis serrulatis: caulinis sparsis semiamplexicaulibus lanceolatis strictis integerrimis ciliatis: petalis luteis integris. *Alyssum utriculatum*. Linn. Panzer Obs. p. 1.

h. H. Perennis.

SUCCOWIA. *Medicus. Gen. Pl. 1. p. 64. Tab.*

1. *fig. 9.*

Calyx tetraphyllus: foliolis lanceolatis adpressis basi aequalibus. Corolla tetrapetala unguiculata: laminis obtusis integris. Stamina prioris edentula. Stylus conicus persistens induratus. Stigma radiatum. Silicula orbiculata disperma. Semina ovata emarginata.

echinata, foliis pinnatis: pinnis glabris, incis, obtusis, dentatis, acuminatis: filiculis undique echinatis: stylo filicula longiori glabro, *Bunias Balearica*. Linn.

Bunias foliis lyrato-pinnatis: foliolis eroso-pinnatifidis: filiculis hispidis rostro subulato longioribus. *Gouan Illustr. p. 45. icon. Tab. 20.*

h. H. Annua.

CAMELINA. *Dodon. Medicus Gen. Pl. 1. p.*

67. *Tab. 1. fig. 11. Cranz. Stirp. Austr.*

Fasc. 1. p. 17.

Calyx tetraphyllus patens: foliolis lanceolatis. Corolla staminaque prioris. Glandulae nullae. Silicula orbiculata: margine plano, polysperma. Semina subrotunda emarginata.

sagittata, foliis lanceolatis sagittatis: filiculis levibus. *Myazrum sativum*. Linn. *Sinostrophum*. Schrank. *Primitiae Fl. Salsburg. p. 163. Alyssum sativum. Wiggers Prim. Fl. Hols. p. 67. Ehrhart. Beyr. Fasc. IV. p. 171. Moenchia sativa. Roth.*

h. frequens inter Linum. Annua.

COCH-

COCHLEARIA. *Tournef. Tab. 101. Medicus*
Gen. Pl. 1. p. 69. Tab. 1. fig. 13 Cochlea-
riae species Linnæi.

Calyx patens tetraphyllus: foliolis oblongis concavis. Corolla et stamina prioris. Glandulae nullae. Stylus brevissimus. Stigma obtusum. Silicula orbiculata emarginata vel integra polysperma. Semina ovata emarginata.

officinalis L., foliis radicalibus cordato-subrotundis petiolatis: caulinis sessilibus oblongis sinuatis dentatis. *Icon. Oederi. Tab. 135.*

h. H. Biennis.

glattifolia L., foliis caulinis amplexicaulibus sagittatis, caule inferne simplici, superne diviso.

Lepidium glattifolium perenne. Morison. 11. p. 312. Sect. 3. Tab. 21. fig. 3. sub nomine Lepidium latifolium. B.

h. H. Biennis.

Draba L., foliis lanceolatis sagittatis amplexicaulibus dentatis: caule simplici erecto: radice repente.

Draba umbellata seu maior capitulis donata. C. Baub. Moris. 11. Sect. 3. Tab. 21. fig. 1.

h. H. Perennis.

Silicula orbiculata valvis medio subfornicatis,
marginis planis.

ADSETON. *Scopoli Fl. Carn. 11. p. 13. Me-*
dicus Gen. Pl. 1. p. 73. Tab. 1. fig. 16.

Calyx tetraphyllus patens: foliolis oblongis planis. Corolla tetrapetala unguiculata. Stamina prioris, quorum duo breviora in medio denticulata: denticulo filiformi. Stylus brevissimus. Stigma obtusum. Silicula loculis dispermis: semina orbiculata marginata.

muta-

mutabile, calyce persistente petalis integris flavis, mox albis: foliis cuneiformi-lanceolatis obtusis incanis. *Alyssum calycinum*. Linn.

h. H. Annua.

Silicula ovalis.

ALYSSON. *Medicus Gen. Pl. 1. p. 75. Tab. 1.*

fig. 15.

Calyx tetraphyllus patentiusculus: foliolis ovatis. Petala quatuor unguiculata. Stamina sex, duo breviora basi dentata. Glandulae nullae. Stylus teres. Stigma capitatum. Silicula subinflata: loculis 1-2-3spermis: femina compressa orbiculata.

incanum, caule erecto: foliis lanceolatis integerrimis, subdentatisve, incanis: racemo corymbofo: petalis albis femibifidis: siliculis subpilosis. *Alyssum incanum*, Linn.

h. H. Annua.

Silicula oblonga.

RAPHANIS. *Dodonaei.*

Calyx tetraphyllus: foliolis ovatis. Corolla prioris. Stamina prioris edentula. Stylus nullus. Stigma crassum. Glandulae duo sub singulo filamento breviorae. Silicula loculis trispermis: femina ovata emarginata.

magna, foliis radicalibus lanceolatis crenatis: caulinis incis. *Cochlearia Armoracia*, Linn. Icon. Blakwell. Tab. 415.

h. H. Perennis.

Figura silicularum, ac praesentia glandularum et styli characterem praebent, quae cochleariis associari vetat.

Silicula

Silicula emarginata: margine membranaceo.

THLASPI. *Dillen. Gen. p. 123. Tab. 6. Medicus Gen. Pl. 1. p. 76. Tab. 2. fig. 18-19. Linnaei species.*

Calyx tetraphyllus foliolis obtusis. Petala quatuor aequalia. Stamina sex, duo breviora opposita. Stylus brevissimus. Stigma capitatum. Glandulae nullae. Silicula orbiculata vel subrotunda, emarginata, margine aequali membrana lata cincto: loculis polyspermis. Semina ovata emarginata.

arvense L., foliis oblongis sinuato-dentatis, glabris, sagittatis, semiamplexicaulibus: petalis integris: filiculis orbiculatis levibus. Icon. Blakwell. Tab. 68.

h. frequens in cultis. Annua.

saxatile L., filiculis subrotundis antice crenulatis: foliis sessilibus lanceolato-linearibus, carnosis, integerrimis levibus: petalis carncis. Allione Fl. Pedem. 1. n. 916.

Stylus brevissimus deciduus.

h. H. Perennis.

hirtum L., filiculis subrotundis margine integerrimis, pilosis: foliis caulinis semiamplexicaulibus, lanceolatis, sagittatis, subdentatis villosis: petalis albis calyce duplo longioribus.

Thlaspi villosum capsulis hirsutis. C. Baub. Prodr. p. 47. cum icone.

h. H. Perennis.

campestre L., filiculis subrotundis margine integerrimis, pilosis: foliis caulinis semiamplexicaulibus, lanceolatis, sagittatis, dentatis, incanis: petalis albis vix calyce longioribus.

Stylus persistens.

h. in agris prope Cosfelden über den Erlen. Annua.

IBERIS. *Dillen. Gen. p. 123. Tab. 6. Gaertner. 2. p. 279. Tab. 141. Medicus. Gen. Plant. 1. p. 79. Tab. 2. fig. 20-22. Linnaei species.*

Calyx antecedentis. Corolla tetrapetala: petalis duobus exterioribus maioribus. Stamina prioris. Stylus brevis. Stigma obtusum. Glandulae nullae. Silicula subrotunda loculis monospermis: semina subrotunda ovata, compressa, cuneata, foliis cuneiformibus integerrimis obtusis sempervirentibus. *Iberis semperflorens. Linn.*

h. in frigidario. Frutex.

corymbosa, racemi fructiferi corymbosi hemisphaerici: caule herbaceo: foliis lanceolatis acuminatis: inferioribus serratis: superioribus integerrimis: petalis purpureis. *Iberis umbellata. Linn.*

Thlaspi umbellatum creticum iberidis folio. *C. Barb. Morison. 11. Sect. 3. Tab. 17. f. 21.*

h. H. Annua.

amara *L.*, racemis fructiferis ramosis: caule herbaceo: foliis lanceolatis obtusis apicem versus dentatis: calycibus coloratis: petalis albis.

h. H. Annua.

nudicaulis, scapo ramoso: foliis radicalibus in orbem congestis pinnatifidis, pinnis obtusis, extrema maxima. *Icon. Oederi Tab. 323.*

h. in rupibus bey der Koelber Brücke, et ad viam versus Bauerbach. Annua.

NASTURTIUM. *Tournef. Tab. 102. Medicus*

Gen. Plant. 1. p. 80. Lepidium Linnaei.

Gaertner. 2. p. 281. Tab. 141.

Calyx tetraphyllus patens: foliolis concavis. Petala quatuor aequalia. Stamina prioris. Glandulae nullae. Stylus

lus brevis. Stigma obtusum. Silicula ovata, membrana antice latiori: loculis monospermis.

sativum, foliis lanceolatis incisus obtusis. *Lepidium sativum*. Linn.

h. H. Annua.

diandrum, floribus diandris: foliis lanceolatis serratis: summis linearibus integerrimis. *Lepidium Iberis*. Linn. *Iberis* II. *Tabernaem.* p. 457.

h. H. Annua.

Silicula margine non membranaceo.

NASTURTIOIDES. *Medicus Gen. Plant.* I. p. 81.

Calyx prioris. Petala nulla. Stamina duo. Glandulae nullae. Stylus nullus. Stigma obtusum. Silicula orbiculata margine acuta emarginata: loculis monospermis.

inconspicuum, caule ramosissimo: foliis radicalibus pinnatis: pinnis incisus: rameis linearibus integerrimis. *Lepidium ruderale* Linn. *Icon. Oederi.* Tab. 184.

Obs. In nostra regione semper apetala et diandra observavi.

h. copiose ad viam regiam prope Giesam. Annua.

LEPIDIUM. *Tournef. Tab* 103. *Medicus Gen. Plant.* I. p. 84. *Linnaei species.*

Calyx prioris. Petala quatuor aequalia. Stamina sex, duo breviora opposita. Glandulae sex parvae. Stylus brevissimus. Stigma obtusum. Silicula elliptica integra: loculis monospermis.

latifolium L., caule glauco: foliis caulinis lanceolatis subcoriaceis subserratis acuminatis levibus: filiculis hirsutis *Icon. Blakwell.* Tab. 448.

h. H. Perennis.

grami-

graminifolium L., caule ramoso: ramis divaricatis par-
tulis: foliis linearibus, inferioribus serratis, superioribus in-
tegerrimis: filiculis levibus.

Lepidium Iberis. *Pollich. Pal. n. 607. Medicus gen.
pl. 1. p. 84.*

Petala alba: calyces et foliola apice rubella. Ovarium
apice rubellum.

h. H. copiose prope Friedberg et Nauheim. Perennis.

CAPSELLA. *Caesalpini. Medicus Gen. Plant.
1. p. 85.*

Calyx, corolla, stamina prioris. Silicula obcordata,
profunde emarginata: valvis antice membranaceis: margine
laterali acutis nec membranaceis: loculis polyspermis.

bursa pastoris, foliis radicalibus pinnatifidis: caulinis
lanceolatis denticulatis amplexicaulibus sagittatis: valvis si-
licularum antice obtusis. *Tblaspi bursa pastoris. Linn.*

h. in cultis et rudertis. Annua.

ceratocarpon, foliis lanceolatis, amplexicaulibus, sa-
gittatis subserratis: valvis silicularum antice acuminatis.
*Tblaspi ceratocarpon. Linn. Icon. Murray Comment. Goett.
5. Tab. 1.*

h. H. Annua.

LEGUMEN.

RICOTIA. *Linnaei gen n. 1086. Medicus Gen.
Plant. 1. p. 45. Tab. 2. fig. 24.*

Calyx tetraphyllus connivens: foliolis duobus basi gib-
bis. Petala quatuor lamina cordiformibus. Stamina prio-
ris. Stylus brevis. Stigma bifidum. Legumen compres-
sum oblongum. Semina orbiculata emarginata compressa.

pinnata,

pinnata, foliis pinnatis: pinnis multifidis: petalis emarginatis: leguminibus pendulis. *Ricotia aegyptiaca*. Linn.

h. H. Annua.

Obs. Dissipimentum, quod *Gaertnerus* vidit, in meis quidem planè, deest.

CHAMAECRISTA.

Calyx pentaphyllus coloratus deciduus. Corolla pentapetala: petalo inferiori maximo concavo. Stamina quinque fertilia. Stylus unus. Stigma crassum. Legumen compressum oblongum sine loculamentis: futuris utrinque planis.

nictitans, caule tereti levi simplici: stipulis lanceolatis: foliis pinnatis: pinnis linearibus obtusis acuminatis: floribus duobus tribusve axillaribus: pedunculo petiolo breviori. *Cassia Chamaecrista*. Linn. *Roib. Beytr.* 2. p. 90.

h. H. Annua.

Obs. Glandulae nigrae pedicellatae baseos petiolorum.

CASSIA. *Linnaei species.*

Calyx pentaphyllus coloratus deciduus. Petala quinque: inferiora maiora. Stamina decem inaequalia: superiora tria brevissima conniventia: quatuor intermedia erecta: inferiora tria declinata longissima. Antherae staminibus tribus supremis adnatae steriles: staminibus quatuor intermediis fertilibus: tribus infimis incurvis rostratis fertilibus. Stylus unus declinatus. Stigma interne longitudinaliter fissum. Legumen immaturum planum polyspermum.

Ligustrina L., foliis pinnatis: pinnis oblongis acuminatis, margine pilosis: calycibus levibus ovatis obtusis: glandula baseos petiolorum petiolata,

Descriptio. Radix perennis. Caulis herbaceus erectus: striatus, glaber, subramosus, tripedalis. Pinnis parium septem octove nec imis nec extremis minoribus, infra subglaucis. Racemi multiflori: pedunculis unifloris: axillares erecti petiolo

tiolo breviores. Stipulae oppositae subssetaceae apice ciliatae. Bractee solitariae ad basin pedunculorum, subssetaceae apice ciliatae. Petala lutea subaequalia. Stamina lutea. Antherae fertiles biperforatae. Ovarium pedicellatum villosum viride. Legumen immaturum compressum sine locamentis.

h. H. Perennis.

acuminata, calycibus lanceolatis acuminatis pilosis: pinnis linearibus acuminatis: stipulis lanceolatis trinerviis acuminatis: racemis axillaribus: ovario piloso: glandula basos petiolorum sessili: legumen immaturum pilosum compressum.

Cassia marylandica. Linn.

h. H. Perennis.

THECA.

I. coriacea.

HAMAMELIS. *Linnaei gen. n. 226. Jussieu Gen. p. 319. Milleri Illustr. p. 112. Tab. 10.*

Calyx duplex: exterior minor diphyllus: interior tetraphyllus, foliolis aequalibus. Petala quatuor lineari-lanceolata longissima, ungue intus ad basin squamula una adnato. Stamina quatuor aequalia. Ovarium ovatum villosum. Styli duo. Stigmata truncata. Theca immatura bicornis: calyce semitecta: corniculis rectis: bilocularis loculis monospermis.

corylifolia, foliis ovatis sinuatis acuminatis: floribus involucre trifloro. *Hamamelis virginica*. Linn.

h. H. Frutex.

BUXUS. *Tournef. Tab 345. Linnaei. Gaertner. 2. p. 125. Tab. 108.*

Flores sexu distincti in eadem planta. *Mascul.* Calyx triphyllus: foliolis ovatis margine membranaceis. Corolla dipetala: petalis membranaceis oblongis calyce longioribus. Stamina quatuor. *Foemin.* Calyx tetraphyllus figura maris. Corolla tripetala figura maris. Styli tres. Theca trivalvis trirostris: valvis bispermis.

arborescens, foliis ovatis sempervirentibus: floribus congestis axillaribus sessilibus. *Milleri*.

h. H.

MAGNOLIA. *Linnaei*. *Gaertner*. I. p. 343.
Tab. 70.

Calyx triphyllus deciduus. Corolla petala novem. Ovaria staminaque numerosa. Styli brevissimi. Stigmata villosa. Theca triangularis unilocularis: latere exteriori dehiscente bivalvis. Baccae ex dehiscente theca filo pendentes.

grandiflora L., foliis lanceolatis persistentibus: caule arboreo erecto.

h. in frigidario.

glauca L., foliis deciduis ovato-oblongis, subtus glaucis: caule frutescenti.

h. in frigidario.

ANTRUM.

I. *carnosum*.

BERBERIS. *Tournef*. Tab. 385. *Linnaei* gen. n. 595. *Gaertner*. I. p. 200. Tab. 42.

Calyx hexaphyllus coloratus. Corolla hexapetala. Glandulae duae ad basin singuli petali. Stamina sex aequalia: antherae duae singulo filamentum adnatae. Stylus nullus. Stigma orbiculatum. Antrum ovatum cylindricum, uniloculare, bispermum, apice perforatum.

vulgaris L., foliis ovatis ciliatis: floribus racemosis. *Icon*. *Blakwell*. Tab. 163.

h. ad sepes frequens *am Weinberg*, *Tammelsberg*.
Frutex.

2. corticosum.

VELLA. *Medicus Gen. Plant.* 1. p. 49. *Tab.* 2.
fig. 25. *Linnaei. Gaertner.* 2. p. 285 *T.* 141.

Calyx tetraphyllus connivens. Petala quatuor unguiculata. Stamina sex, duo opposita breviora. Stylus unus planus latus longitudinaliter sulcatus. Stigma conicum. Antrum orbiculatum hispidum, stylo persistenti indurato, biloculare: loculamentis polyspermis,

annua L., foliis pinnatis in petiolum decurrentibus: pinnis linearibus pinnatifidis: floribus laxè racemosis: pedunculis fructiferis pendulis.

h. H. Annuæ.

BACCA.

1. corticosa.

CAPPARIS. *Tournef. Tab.* 139. *Linnaei gen.*
n. 876.

Calyx tetraphyllus: foliolis concavis, duobus inferioribus basi gibbis. Petala quatuor magna. Stamina numerosa. Ovarium pedicellatum. Stylus unus teres. Stigma clavatum. Bacca corticosa unilocularis polysperma.

spinosa L., foliis petiolatis, suborbiculatis, coriaceis, alternis, integris, subemarginatis, acuminatis: pedunculis terminalibus unifloris.

Obs. Spinae nullae. Stamina petalis longiora alba, apice rubella. Stigma viride

h. in frigidario. Frutex

2. spuria.

PARIS. *Tournef. Tab.* 117. *Linnaei gen.* n.
683. *Gaertner.* 2. p. 1. *Tab.* 83.

Calyx tetraphyllus. Corolla tetrapetala: petalis linearibus. Stamina octo aequalia. Ovarium rotundo-tetrago-

gonum. Styli quatuor. Stigmata simplicia. Bacca carnosae globosa, obsolete quadrifurcata, quadrilocularis: loculamentis polyspermis.

quadrifolia L., foliis quaternis: floribus terminalibus solitariis: bacca nigra. *Icon. Oederi. Tab. 139.*

h. in sylvis caeduis. *Am Labenberg. Bey dem Kerzhäuser Hof. Perennis.*

CHRISTOPHORIANA. *Tournef. Tab. 154. Actaea. Linnaei. Gaertner. 2. p. 154. T. 114.*

Calyx tetraphyllus deciduus. Petala quatuor caduca. Stamina numerosa. Stylus nullus. Stigma capitatum. Bacca carnosae unilocularis. Semina semiorbiculata gemino ordine incumbentia.

spicata, spica racemoso-ovata: foliis ferratis duplicatopinnatis: pinna extrema trilobata: bacca nigra ovato-globosa. *Actaea spicata. L. Icon. Oederi. Tab. 489.*

h. frequens *am Rbinberg prope Caldern. Perennis.*

NYMPHAEA. *Tournef Tab. 137-138. Linnaei gen. n. 886. Gaertner. 1. p. 72. Tab. 19.*

Calyx tetra-pentaphyllus. Corolla polypetala. Stamina numerosa. Stylus nullus. Stigma radiatum. Bacca loculamentosa: loculamentis pulpa gelatinosa repletis polyspermis: semina in pulpa nidulantia.

alba L., calyce tetraphyllo petalis albis minori: bacca sphaerica. *Icon. Oederi. Tab. 602.*

h. *In der blauen Pfütze an dem Weg nach Caldern. Perennis.*

lutea L., calyce pentaphyllo petalis luteis maiori: bacca conica. *Icon. Oederi. Tab. 603.*

h. in piscinis, aquis stagnantibus frequens. *Perennis.*

ANAPODOPHYLLUM. *Tournef. Tab. 122. Podophyllum. Linnaei gen. n. 879.*

Calyx triphyllus deciduus. Petala novem. Stamina sedecim ad viginta. Stylus nullus. Stigma orbiculatum plicatum. Bacca carnosâ ovato-globosâ, stigmate coronata, unilocularis. Semina receptaculo adfixa.

peltatum L., foliis peltatis lobatis: lobis antice dentatis acuminatis: floribus axillaribus solitariis pedunculatis.

h. H. Perennis.

DRUPA.

1. *carnosa.*

MENISPERMUM *Tournef. Act. Paris. 1705. ed. Germ. p. 531. Tab. 14. Milleri. Illustr. p. 415. Tab. 93. Linnaei species.*

Flores sexu distincti in separatis plantis. *Mas.* Calyx hexaphyllus petalis longior. Corolla octopetala. Stamina sedecim fertilia. *Fem.* Calyx penta-hexaphyllus. Stamina octo sterilia. Ovaria duo vel tria. Stigmata bifida. Drupae duae vel tres subrotundae reniformes, monospermae. Semen lunatum.

angulatum, foliis peltatis, subrotundo-cordatis angularis levibus acuminatis: caule volubili: pedunculis supra axillaribus: floribus racemosis: racemis compositis. *Menispermum canadense. Linn.*

Alii florentium aliter describunt. *Willichii Obs. 14.*

h. H. Perennis.

2. *corticosa bilocularis.*

BUNIAS. *Medicus Gen. Pl. 1. p. 52. Tab. 1. fig. 8. Linnaei species.*

Calyx tetraphyllus patens. Corolla tetrapetala unguiculata. Stamina sex, duo opposita breviora. Stylus brevissimus.

mus. Stigma capitatum. Drupa dissepimento indurato: loculis monospermis.

verrucosa, drupis ovatis verrucosis glabris: foliis imis lyratis: ramis lanceolatis hastatis: ramis divaricatis. *Bunias Orientalis*. Linn.

h. H. Annua.

3. *corticoza quadrilocularis*.

ERUCAGO. *Tournef. Tab. 103. Gaertner. 2. p. 291. Tab. 142.*

Calyx tetraphyllus patens. Corolla tetrapetala unguiculata. Stamina prioris. Stylus conicus persistens. Stigma capitatum. Drupa quadrangula: angulis cristatis interruptis: loculis monospermis per paria sibi superimpositis.

dentata, foliis sessilibus lanceolatis dentatis: racemis laxe floriferis: petalis flavis emarginatis: caule muricato scabro. *Bunias erucago*. Linn.

Eruca monspeliaca siliqua quadrangula echinata. *Baub. Prodr. p. 41. cum icone.*

h. H. Annua.

PARAPETALOIDEAE.

CAPSULA UNILOCULARIS.

EPIMEDIUM. *Tournef. Tab. 117. Linnaei gen. n. 193. Batsch. Analys. Fl. 1. p. 30. T. 4:*

Calyx tetraphyllus eaducus. Petala quatuor patentia. Parapetala calceiformia quatuor, petalis incumbentia. Stamina quatuor aequalia. Antherae defloratae terminales elongatae bifidae lunatae. Ovarium oblongum. Stylus unus. Stigma unum. Capsula oblonga bivalvis polysperma.

alpi-

alpinum L., foliis bi-triternatis cordato-lanceolatis ciliatis: floribus laxè paniculatis.

h. H. Perennis.

O V A R I U M I N F E R U M.
P E R I C A R P I U M.

CIRCAEA. *Tournef. Tab. 155. Linnaei gen. n. 31. Gaertner. I. p. 114. Tab. 24.*

Calyx diphyllus deciduus. Corolla dipetala. Stamina duo. Stylus unus. Pericarpium obovatum subcoriaceum, biloculare, bispermum.

vulgaris, caule erecto geniculato: foliis ovatis dentatis: pedicellis floriferis patentibus: fructiferis reflexis: calycibus viridibus apice fuscis: pericarpis hispida. *Icon. Oederi. Tab. 256.*

h. in umbrosis sylvis. frequens *an der Schneisse prope Gieselberg.* Perennis.

intermedia, foliis ovato-cordatis, acuminatis, subrepandis, dentatis, glabris: pericarpis glabris. *Ehrhart. Beyrr. fasc. 4. p. 42.*

h. locis udis sylvarum. In fossa diaboli prope Wehrda. Perennis.

CAPSULA TRILOCULARIS.

NIVARIA. *Heister. Medicus. Act. Palat. 1789. p. 421. Narcisso-leucoium. Tournef. Tab. 208. Linnaei gen. n. 548. Batfeh. Analysis Fl. 1. p. 12. Tab. 2.*

Spätha diphylla. Corolla hexapetala campaniformis, ventricosa, apicem versus crassa. Stamina sex aequalia. Stylus unus fusiformi-elavatus, apice setaceus. Stigma truncatum.
Capsula

Capfula turbinata obsolete trigona, trivalvis: loculis polyspermis.

verna, bulbo tunicato: spatha uniflora: floribus cernuis. *Leucoium vernum*. Linn.

h. am Frauenberg. Perennis.

PYXIDIUM.

PORTULACA. *Tournef. Tab. 118. Gaertner.*

2. p. 212. Tab. 128. Linnaei species.

Calyx diphyllus caducus. Corolla pentapetala. Stamina decem-quindecim. Ovarium semi-inferum. Stylus unus. Stigmata quatuor. Pyxidium uniloculare polyspermum: receptaculis quinque liberis.

oleracea L., foliis cuneiformibus: floribus sessilibus axillaribus.

Colitur.

pilosa L., caule decumbenti: foliis lineari-lanceolatis: rameis alternis: floralibus verticillatis: axillis pilosis: floribus sessilibus terminalibus, calycibus pilis cinctis.

Portulaca curassavica lanuginosa procumbens. Herm. Par. Bat. p. 215. cum icone.

h. H. Annua.

Obs. Petala, stamina, stylus et stigmata rubra. Antherae luteae. Stigmata villosa. Stamina decem-quindecim nunquam plura.

ANTRUM.

OPUNTIA. *Tournef. Tab. 122. Medicus Phi-*

los. Bot. 11. p. 61. Cactus Linn. Gaertner.

2. p. 165.

Calyx imbricatus. Corolla polypetala. Stamina numerosa. Stylus unus simplex. Stigma multitudinum. Antrum ovato-

ovato-oblongum, carnosum, polyspermum. Semina: pericarpia ossa.

vulgaris, articulato-prolifer laxus: articulis ovatis: spinis setaceis. *Cactus Opuntia*. Linn.

h. in frigidario.

Tuna, articulato-prolifer: articulis ovato-oblongis spinis validis flavicantibus, *Cactus Tuna*. Linn.

h. in frigidario.

S Y M P H I O S T E M O N.

O V A R I U M S U P E R U M.

P E R I C A R P I U M.

CORINDUM. *Tournef. Tab. 246. Cardiospermum. Linnæi gen. n. 680. Gaertner. I. p. 381. Tab. 79.*

Calyx tetraphyllus: foliolis ovatis obrusis alterne minoribus. Petala octo duplici serie: quatuor exteriora patentia: quatuor interiora erecta conniventia, duo apice callosa. Stamina octo basi connata. Styli nulli. Stigmata tria villosa. Pericarpium membranaceum inflatum uniloculare trispermum: seminibus globosis atris: cicatrice alba cordata notatis.

balicacabum L., foliis triternatis lanceolatis levibus incis acutis: pedunculis foliis longioribus, sub flore cirrhosis: cirrhis quoque axillaribus: floribus corymbosis.

h. H. Annua.

C A P S U L A E C O N N A T A E U N I L O C U L A P E S.

GERANIUM. *Tournef. Tab. 142. Linnæi species.*

Calyx pentaphyllus. Corolla pentapetala regularis. Glandulae quinque cum petalorum unguibus alternantes.

Sta-

Stamina quinque - decem basi connata, vel omnia antherifera: vel alterne antherifera. Stylus pyramidalis persistens. Stigmata quinque. Capsulae quinque monospermae aristatae: arista vel barbata vel imberbis, tortilis.

I. Floribus pentandris.

pinnatifidum, foliis pinnatis: pinnis oblongis pinnatifidis: scapo erecto umbellifero: umbella simplici multiflora: *Geranium romanum*. Linn. *Cavanilles* 317. *Icon. T. 94. f. 2.*

h. H. Perennis.

cicutarium L., caule ramoso: foliis pinnatis: pinnis oblongis pinnatifidis: umbella multiflora.

h. frequens in agris et hortis. *Annua.*

pimpinellaefolium. foliis pinnatis acutis: pinnis ovatis pinnatifidis: scapo bifloro. var. *Geranii cicutar.* Linn. et Halleri.

Geranium pimpinellifolium. *Dillen. Giess. p. 60.*

Planta ex seminibus nata per plures annos faciem non mutavit.

h. in agris, arvis, locis sterilibus. *Annua.*

chamaedryoides, foliis cordatis, crenato-incisis obtusis: scapo unifloro: calycibus muticis. *Cavanilles* 272.

Geranium reichardi. *Murray Com. Goett. 1780. p. 11. Icon. Tab. 3. Geranium parvulum. Scopoli Deliciae 1. p. 8. Tab. 3.*

Geranium minimum chamaedryoides. *Tournef. instit. p. 269.*

h. in frigidario. *Perennis.*

moschatum L., caule ramoso diffuso: foliis pinnatis: pinnis ovatis incisis: petalis caducis: umbellis multifloris. *Cavanilles* 320.

Herba ambrosiaca.

h. H. *Annua.*

malacoides L., caule erecto: foliis cordatis, subovatis, lobatis, crenatis, dentatisve oppositis: umbellis multifloris: petalis rubris. *Cavanilles* 307.

h. H. Annua.

ciconium L., caule herbaceo diffuso subviscido pubescenti-piloso: foliis pinnatis pilosis: pinnis pinnatifidis: laciniis obtusis incisis: umbellis multifloris. *Cavanilles* 322.

Petala caerulea.

h. H. Annua.

gruinum L., caule crasso erecto piloso: foliis radicalibus cordatis ovatis indivisis: caulinis tubernatis incisis acutis: lacinia intermedia longissima: calycibus aristatis: arista obtusa, apice rubella: pedunculis bi-tri-quadrifloris. *Cavanilles* 303.

Petala caerulea.

h. H. Annua.

2. Floribus decandris.

a. Pedunculis unifloris.

Sanguineum L., caule erecto articulato hispido: foliis oppositis orbiculatis: profunde 5-7partitis: laciniis linearibus bi-trifidis: pedunculis longissimis articulatis: petalis rubris magnis. *Cavanilles* 269.

h. H. Perennis.

variabile L., pedunculis uni-biflorisve geniculatis: caule erecto villosa: foliis quinquepartitis: laciniis lanceolatis acutis: petalis albis lris purpureis. *Geranium sibiricum*. *Lin.* *Cavanilles*. 274.

h. H. Perennis.

b. Pedunculis bifloris.

pyrenaicum L., caule erecto villosa: foliis oppositis subpeltatis orbiculatis lobatis: lobis trifidis obtusis: calycibus
apice

apice glandulosis: petalis bilobis purpureo-violaceis. *Cavanilles 284. Icon. Gerard. Fl. Gallo-Prov. Tab. 16. f. 2.*

Stamina decem antherifera, quae Cavanilles semper vidit, ego quoque adesse testor, nec unquam quinque castrata.

h. H. Perennis.

macrorbizum L., radice crassa repente: caule erecto: foliis oppositis palmatis: lobis quinque septem incisus acuminatis: calycibus inflatis rubro-coloratis: petalis rubris integris: stylo declinato longissimo. *Cavanilles 296.*

h. copiose in muris arcis Fezberg prope Crofdorf. Perennis.

phaeum L., caule erecto: foliis alternis palmato quinquelobis, dentato incisus: calycibus mucronatis: petalis atropurpureis undatis acuminatis.

h. H. Perennis.

striatum, caule decumbenti: foliis oppositis palmatis: lobis quinque septemve medio dilatatis: petalis submarginatis albis venoso-reticulatis.

h. H. Annua.

palustre L., caule villosa diffuso: foliis oppositis palmatis: lobis quinque incisus: pedicellis declinatis: petalis rubris integris. *Cavanilles 294.*

h. in pratis uliginosis, prope Bürgerl. Perennis.

pratense L., caule erecto: foliis oppositis subpeltatis palmatis rugosis, lobis lanceolatis pinnatifidis acutis: petalis magnis integris caeruleis, venis rubris notatis. *Cavanilles 293.*

h. H. Perennis.

maculatum L., caule erecto: foliis oppositis palmatis: lobis quinque subcuneatis emaculatis: petalis integris rubro-violaceis. *Cavanilles 297.*

h. H. Perennis.

caeruleum, caule erecto villosa viscoso: foliis oppositis palmatis villosis viscosis: lobis septem incisus: calycibus
ari-

aristatis: petalis caeruleis maiusculis: pedicellis fructiferis rectis: capsulis nigris hirsutis. *Geranium Bohemicum*. L. *Cavanilles* 286.

h. H. Annua.

foetidum, foliis ternatis pinnatis incis: calycibus rubris pilosis, striatis: petalis integris. *Geranium robertianum*. Linn. *Cavanilles*. 301. *Icon. Oederi*. Tab. 694.

h. frequens in muris: locis ruderatis. Biennis.

lucidum L., caule erecto: foliis oppositis rotundato-palmatis lucidis: calycibus pyramidalis angulatis elevato rugosis: petalis emarginatis roseis. *Cavanilles*. 299. *Icon Oederi*. Tab. 218.

h. *im Koelber Wald*. Annua.

molle L., foliis mollissimis, hirsutis, orbiculatis profunde partitis, oppositis, floralibusque alternis: petalis semibifidis purpureis, calyce longioribus: calycibus muticis. *Cavanilles*. 281.

Geranium columbinum villosum petalis bifidis purpureis. *Vaillant*. Bot. *Icon*. Tab. 15. fig. 3.

h. in hortis, inque viis, *am Weinberg*. Annua.

atrum, capsulis nigris hirsutis: caule erecto: foliis oppositis subrotundis, quinque lobatis: lobis trifidis: pedicellis fructiferis rectis: petalis incarnatis vix calyce longioribus. *Geranium carolinianum*. Linn. *Cavanilles*. 287.

h. H. Annua.

columbinum L., caule procumbente: foliis oppositis palmatis: lobis pinnatifidis lanceolato-linearibus acutis: pedunculis longissimis: calycibus aristatis: petalis rubris subdenticulatis. *Cavanilles*. 277.

Geranium columbinum: foliis dissectis: pedunculis florum longissimis. *Vaillant*. Bot. *Icon*. Tab. 15. fig. 4.

h. ad sepimenta. *Am Tammelsberg* Annua.

dissectum L., caule villoso erectiusculo: foliis palmatis: laciniis quinque profunde partitis: pedunculis folio brevioribus

ribus: petalis purpureis emarginatis: calycibus aristatis. *Cavanilles* 276. *Rhezii Obs.* 2. p. 22.

Geranium maius: foliis imis longis ad usque pediculum divisis. *Vaillant Bor. Icon. Tab.* 15. *fig.* 2.

h. ad sepes. *Am Tammelsberg, und an der Sieche.*
Annua.

rotundifolium L., caule prostrato: foliis oppositis reniformibus palmatis: lobis quinque septemve: apice trifidis obtusis: petalis obtusis rubro-violaceis, longitudine calycis. *Cavanilles.* 300.

h. ad sepes inque hortis. *Am Weinberg, Tammelsberg.*
Annua.

CAPSULA SOLITARIA TRILOCULARIS.

MOLY. *Boerhaave. H. L. B.* 2. p. 146.

Spatha bivalvis membranacea arida. Petala sex aequalia. Stamina sex basi connata aequalia. Antherae incumbentes. Ovarium subtrigonum, sex sulcatum. Stylus unus. Stigma simplex. Capsula trivalvis: loculis bispermis.

speciosum, umbella speciosa densa hemisphaerica: scapo erecto tereti: foliis planis: petalis albis: carina subtus viridi. *Allium magicum. Linn.*

Allium foliis caulinis lanceolatis floribus, umbellatis, ex ala bulbiferum. *Halleri. de Allio XXXIII. n.* 22.

Obs. Bulbi nunquam observavi. Ab allio differt staminibus basi connatis.

h. H. Perennis.

RICINOIDES. *Tournef. Tab.* 423. *Croton.*

Linnaei. Gaertner. 2. p. 118. *Tab.* 107.

Flores sexu distincti in eadem planta. *Mas.* Calyx pentaphyllus. Corolla pentapetala: petalis aequalibus. Stamina

mina octo, plura. *Foem.* Calyx, corolla maris. Stigmata tria. Capsula tricocca: loculis monospermis.

tinctoria, foliis rhombeis repandis, supra pubescentibus, infra glabris: floribus racemosis: capitulis pendulis: caule herbaceo. *Croton tinctorium. Linn.*

Ricinoides, ex qua paratur Tournefol gallorum. *Tournef. Nissole. Act. Paris. 1712. Ed. germ. p. 138. Icon. T. 11.*

Caulis folia calyces pilis stellatis recta.

h. H. *Annua.*

CAPSULA SOLITARIA MULTILOCULARIS.

LINUM. Tournef. Tab. 176. Linnaei. Gaertner. 2. p. 146. Tab. 112.

Calyx pentaphyllus persistens: foliolis integris. Corolla pentapetala decidua. Stamina quinque vel decem basi connata, alterne antherifera: sterilia breviora. Styli quinque. Stigmata simplicia. Capsula globosa striata, decemlocularis, decemvalvis: valvis monospermis. Receptaculum feminis nullum. Semina ovata compressa nitida.

usitatissimum L., calycibus capsulisque mucronatis: foliis alternis lanceolatis: petalis crenatis: caule subsolitario.

Colitur.

perenne L., calycibus capsulisque obtusis: foliis alternis lanceolatis integris: caule erecto superne ramoso: seminibus nigris.

h. H. *Perennis.*

acuminatum, foliis acuminatis lanceolatis sparsis, striatis, levibus, subtus trinevis: calycibus margine membranaceis, acuminatis: caule basi ramoso. *Linum narbonense. Linn.*

h. H. *Annua.*

glandulosum, foliis alternis oppositisque: ramorum floriferorum ternis: lineari-lanceolatis acutis integris: glandula sessili

sessili rubicunda basi utrinque: calycibus acutis margine scabris: petalis flavis caducis. An *Linum campanulatum* *Linnaei*?

Descriptio. Planta tota glaberrima. Radix perennis. Caules plures levissimi teretes e basi ramosi in olla pedales. Folia sessilia levia. Flores paniculati: panicula dichotoma. Pedunculi breves. Petala flava obtusa, apice crocea. Stamina quinque fertilia longitudine calycis. Styli quatuor ad quinque. Stigmata capitata pubescentia. Capsula decemlocularis, obtusa.

h. in frigidario. Frutex.

catharticum L., foliis oppositis ovatis: caule superne dichotomo: petalis albis ovatis acuminatis. *Icon. Blakwell. Tab. 368.*

Variat: caule humiliori: staminibus stylisque quatuor. *Weigel.*

h. in pratis et hortis. Annua.

RADIOLA. *Dillen. Gen. Plant. p. 126. T. 7.*

Calyx tetraphyllus: foliolis bi-trifidis persistentibus. Petala quatuor, aequalia. Stamina quatuor antherifera aequalia. Styli quatuor. Stigmata simplicia. Capsula globosa octolocularis, octovalvis: valvis monospermis.

dichotoma, caule ramosissimo erecto dichotomo: foliis oppositis ovatis: floribus pedunculatis ex dichotomia caulis solitariis: terminalibus ternis: petalis albis longitudine calycis.

Radiola linioides, foliis ovatis oppositis: caule erecto dichotomo fastigiato. *Roth. Fl. Germ. T. 2. p. 199.*

Linum radiola *Linnaei. Icon. Oederi. Tab. 178.*

h. in pratis montanis arenosis. Frequens in colle ante pontem Koelbe versus, et in monte Lahnae. Annua.

L E G U M E N.

ULEX. *Linnaei Gen. n. 1169. Gaertner. 2. p. 330. Tab. 151. Genista spartium. Tournef. Tab. 112.*

Calyx diphyllus: foliolis ovato-oblongis: superiori bidentato: inferiori tridentato. Corolla papilionacea laxa: carina dipetala. Stamina decem, omnia connata. Stylus unus. Stigma obtusum. Legumen ovato-oblongum eloculamentosum polyspermum.

compositus, spinis villosis compositis floriferis: folio subulato plano acuto sub singula spina. Ulex Europaeus. Linnaei. Icon Oederi. Tab. 608.

h. H. Frutex.

D R U P A.

CHAMAERIPHES. *Pontederac. Gaertner. 1. p. 25.*

Flores androgyni et masculi nunc in uno, nunc masculi soli in separato caudice. Spatha univertalis bifida. Calyx utrisque hexaphyllus. Corolla androgynis tripetala. Stamina sex ad novem basi coalita. Drupae tres uniloculares.

maior, stipite spinoso: folio flabelliformi. Pontederac Anthol. p. 147. Tab. 8-10. Chamaerops humilis. Linn.

h. in Caldario.

A. *Stamina antheraeque libera.*

B. *Ovarium superum.*

1. *Flos corollatus monopetalus.*

2. *Eparapetaloides.*

P E R I C A R P I U M.

FAGOPYRUM. *Tournef. Tab. 290. Gaertner.*

2. *p. 182. Tab. 119. Milleri Illustr. p.*

280. *Tab. 27. Polygoni species Linnaei.*

Corolla quinquesida persistens. Stamina octo. Stylus trifidus. Ovarium triquetrum. Pericarpium monospermum triquetrum.

dentatum, pericarpis cristatis dentatis: caule erecto: foliis cordato-sagittatis. *Polygonum tataricum. Linn.*

h. H. Annua.

esculentum, pericarpis angulis aequalibus: caule erecto: foliis cordato-sagittatis. *Polygonum fagopyrum. Linn.*

Colitur.

carinatum, floribus carinatis: caule volubili levi: foliis cordatis: stipulis truncatis integris. *Polygonum convolvulus Linn. Icon. Oederi. Tab. 741.*

h. ad sepes, frequens *am Koelber Wald. Annua.*

membranaceum, floribus alatis: ala membranacea undulata: caule volubili striato: foliis cordato-sagittatis. *Polygonum dumetorum. Linn. Icon. Oederi. Tab. 756.*

h. cum priori. Annua.

CAPSULA SOLITARIA TRILOCULARIS.

ALOE. *Thunberg Dissertat. 1785. Medicus*

Theodora speciosa. p. 65. Linnaei species.

Corolla tubulosa sexfida: laciniis erectis aut revolutis. Stamina sex aequalia. Stylus unus. Stigma crassum. Capsula trivalvis: feminibus membranaceis.

per-

perfoliata, caulescens, foliis ensiformibus dentatis erectis: floribus racemosis reflexis cylindricis. *Thunberg. 3.*

h. in Caldario.

pumila, acaulis, foliis trigonis, cuspidatis, pilosis: floribus racemosis verius cylindricis. *Thunberg. 8.*

h. in Caldario.

disticha, acaulis, foliis ensiformibus, acutis, papillofis, distichis: floribus racemosis clavatis apicibus reflexis. *Thunberg. 9.*

h. in Caldario.

viscosa, subcaulescens, foliis imbricatis trifariis ovatis: floribus racemosis cernuis cylindricis. *Thunberg. 13.*

h. cum priori.

DIOSCORAEA. *Linnaei Gen. n. 1530. Gaertner. 1. p. 66. Tab. 17.*

Flores sexu distincti in separatis plantis. Corolla campanulata sexpartita. *Masc.* Stamina sex capillaria. *Femin.* Ovarium trigonum. Styli tres. Stigmata simplicia. Capsula obovata rotundata triangularis, alata, trivalvis: loculis bispermis. Semina membranacea compressa.

sativa L., caule scandenti levi: foliis cordatis alternis nervosis.

h. in caldario. Perennis.

JATROPHA. *Linnaei. Gaertner. 2. p. 121. Tab. 108.*

Flores masculi et feminei separati in eadem planta. Corolla hypocrateriformis. Stamina decem duplici serie basi libera, exteriora minora. Stylus unus filiformis superne trifidus. Stigmata simplicia. Capsula corticata trivalvis, trilocca: valvis monospermis.

urens L., foliis subpeltatis palmatis: lobis quinque sinuatis dentatis, subaculeatis: cyma trifida dichotoma: glandula solitaria interne ad apicem petioli: capsula aculeata.

h. in tepidario. Frutex.

Observ. Flores quoque hermaphroditi in eadem planta vidi. Corolla constanter hypocrateriformis nec infundibuliformis. Stamina nunquam connata sunt. Igitur Jatrophae genus Linnaeanum forte fructificatione diversas complectit plantas.

CAPSULA SOLITARIA SEXLOCULARIS.

ASARUM. *Tournef. Tab. 286. Linnaei gen. n. 801. Miller. Illustr. p. 299. Tab. 37. Gaerner. I. p. 47. Tab. 14.*

Corolla campanulata, coriacea, tri-quadrifida persistens. Stamina duodecim. Stylus brevis. Stigma sexpartitum stellatum. Capsula evalvis ovato-globosa: loculamentis tetraspermis.

officinale, foliis reniformibus obsusis binis. *Asarum Europaeum. Linn. Icon. Oederi. Tab. 633.*

h. in umbrosis sylvarum. *An der Kirchspitz, frequens circa Dagobertshausen. Perennis.*

BACCA CARNOSA, SPURIA.

YUCCA. *Dillen. gen. p. III. Tab. 5. Linnaei gen. n. 580. Gaertner. 2. p. 34. Tab. 35. Medicus. Theodora. p. 77.*

Corolla campanulata sexfida. Stamina sex longitudine ovarii. Antherae minimae. Ovarium oblongum obtuse triquetrum. Stylus nullus. Stigmata tria introrsum biloba. Bacca oblonga obsolete hexagona, sexlocularis. Semina angulo centrali, serie longitudinali et horizontaliter affixa.

gloriosa

gloriosa L., foliis integerrimis patentibus.

h. in caldario. Frutex.

aloifolia L., foliis crenulatis patentibus, spica composita: petalis tribus: exterioribus patentibus apice violaceis: interioribus tribus conniventibus concoloribus.

h. in caldario. Frutex.

ANTRUM CORTICOSUM.

LAURUS. *Tournef. Tab. 367. Linnæi species.*

Gaertner. 2. p. 68. Tab. 92.

Flores in quibusdam speciebus dioici. Corolla quadri-
fexpartita. Stamina novem, plura. Stylus unus. Stigma
obtusum. Antrum oblongum biloculare bispermum.

nobilis L., foliis perennantibus ovato-lanceolatis: flo-
ribus dioicis quadrifidis: ramis floriferis folio brevioribus.

h. in caldario.

Borbonia L., foliis perennantibus, lanceolatis: margi-
nibus reflexis, transverse venosis glabris: floribus racemosis.

h. in caldario. Frutex.

aestivalis L., foliis annuis oblongis obtusis integris ve-
nosis: corymbis supra-axillaribus petiolo brevioribus.

Descriptio. Frutex in olla sexpedalis: ramis alternis.
Folia petiolata, alterna: nervo subtus basin versus piloso.
Flores corymbosi, corymbis 4-6floris, supra axillaribus.
Petala alba, sex, decidua. Stamina duodecim - sedecim, lon-
gitudine corollae: antherae staminibus adnatae. Glandulae
Linnæi nullae. Ovarium ovatum immaturum bispermum.
Stylus nullus. Stigma crassum.

h. in frigidario.

OVA-

O V A R I U M I N F E R U M.
P E R I C A R P I U M.

BUPLEUROIDES. *Boerhaave. Lugd. Bat. 1. p. 71. Phyllis. Linnæi gen. n. 454, Gaertner, 1. p. 123. Tab. 25.*

Calyx obtoletus aut nullus. Corolla profunde quinquefida. Stamina quinque. Styli nulli. Stigmata duo. Pericarpium obovatum bipartibile biloculare: loculis monospermis.

nobla, foliis ternatis, ovatis, utrinque attenuatis, acuminatis: floribus paniculatis. *Phyllis nobla. Linn.*

h. in tepidario. Frutex.

A. *Stamina antheraeque libera.*

B. *Ovarium superum.*

1. *Flos corollatus polypetalus.*

2. *Eparapetaloides.*

VALVIS COROLLAE SEMINIFERIS.

NARDUS. *Linnæi gen. n. 97.*

Flores glumosi. Corolla: gluma bivalvis. Stamina tria. Stylus unus.

stricta L., spica setacea recta secunda: floribus distichis. *Icon. Schreber. Gram. p. 65. Tab. 7.*

h. passim locis sterilibus, *am Labenberg.* Perennis.

H Y S T R I X.

Flores glumosi. Corolla: gluma bivalvis: valvula exteriori ex apice aristata: arista recta valvula longiori. Stamina tria. Styli duo.

parula

patula, spiculis patulis, geminis, alternis, basi callofis, tri-quadrifloris: flosculo intermedio neutro. *Elymus hystrix*. Linn. *Asperella* Diar. Bot. Fasc. 7. p. 5.

Obs. Ab *Asprella Schreberi* certe diversa est. Rudimenta involucri in meis plantis nulla.

h. H. Perennis.

SEMEN INCRUSTATUM.

CALLITRICHE. *Linnaei gen. n. 17. Gaertner.*

I. p. 330. Tab. 68.

Petala duo. Stamen unum. Styli duo. Stigmata simplicia. Semina quatuor connata quadrangularia.

verna L., floribus androgynis: foliis apice integris, supremis ovalibus, seminibus membranaceis. *Icon. Oederi. Tab. 129.*

h. in aquis stagnantibus, lente fluentibus. *Int Schützenpfl.*

autumnalis L., foliis omnibus linearibus apice emarginatis: floribus hermaphroditis: seminibus nudis.

h. in fossis pratorum prope Kirchhain.

PERICARPIMUM.

TYPHA. *Tournef. Tab. 301. Linnaei gen. n.*

1401. Gaertner. I. p. 8. Tab. 2.

Flores in eodem culmo distincti: masculi supra feminos in spica densissima. *Masc.* Petala tria linearia. Stamina tria. *Femin.* Apetali: Stylus subulatus. Stigma capillare. Pericarpium oblongum monospermum.

latifolia L., foliis ensiformibus: floribus masculis et feminis adproximatis *Icon. Oederi. Tab. 645.*

h. in paludibus et piscinis: Prope Būrgeſn, ad ripas Lahnae prope Sterzhausen. Perennis.

angusti-

angustifolia L., foliis semicylindricis: floribus masculinis et femineis remotis. *Icon. Morison. iii. Sect. 8. Tab. 13. fig. 2.*

h. in iisdem locis. *Im Lambertsbäuser Teich. Perennis.*

CLEMATITIS. *Turner. Tab. 150. Clematis Linnaei. Gaertner. i. p. 353. Tab. 74.*

Corolla tetrapetala. Stamina plurima. Ovaria pilosa plurima. Styli persistentes villosi. Pericarpia stylo plumoso persistenti elongato, caudata.

crispa L., foliis simplicibus ternatisve: foliolis lanceolatis integris trilobisve: petalis coriaceis, extus rubris, intus albis.

h. H. Perennis.

flava, foliis compositis integris trilobis incisive: foliolis cuneiformibus glaucis acuminatis: acumine reflexo: petalis flavis lanceolatis, supra villosis: staminibus basi latioribus. *Clematis orientalis. Linn.*

h. H. Frutex.

vitalba L., foliis pinnatis ovatis integris dentatisve: petalis albis coriaceis, utrumque villosis.

h. in arce Fezberg. Frutex.

integrifolia L., caule erecto: foliis ovatis sessilibus simplicibus: floribus cernuis.

h. H. Perennis.

Obs. Stamina exteriora longiora cum antheris villosis: interiora breviora nuda. Petala caerulea.

VITICELLA. *Dillen. Gen. p. 165. Tab. 4. Clematis. Linnaei species.*

Corolla, staminaque prioris. Stylo brevi nudo adunco. Pericarpia nuda nec villosa.

deltoides,

deltoides, petalis deltoides: caule scandenti: foliis compositis decompositisque, foliolis ovatis integerrimis, sublobatis, acuminatis, subtus hirtis. *Clematis viticella*. Linn.

Obs. Variat, petalis quatuor, - sex, caeruleis et purpureis.

h. H. Perennis.

THALICTRUM. *Tournef. Tab. 143. Linnaei*

gen. n. 951. Gaertner. 1. p. 355. Tab. 74.

Corolla tetra-pentapetala. Stamina plurima. Ovaria plurima. Styli nulli. Stigmata crassiuscula. Pericarpium ovatum vel clavatum, sulcatum, rostellatum, monospermum.

tuberosum L., radice tuberosa: floribus albis pentapetalis: petalis persistentibus: staminibus maioribus.

h. H. Perennis.

confertum, panicula conferta: caule simplici erecto: petiolis erectis: foliis bipinnatis: pinnis ovatis, subtus nervosis: petalis quatuor-quinque flavis deciduis: staminibus viginti-triginta flavis. *Thalictrum cornuti*. Linn.

h. H. Perennis.

foetidum L., caule paniculato divaricato filiformi ramosissimo: staminibus quatuordecim - sedecim: ovarii quatuor - sex.

Thalictrum minimum foetidissimum. C. B. Morison. III. Sect. 9. Tab. 20. fig. 13.

Odor hircosus.

h. H. Perennis.

divicium L., floribus dioicis cernuis: foliis antice trilobatis: petalis quatuor caducis: staminibus viginti ad triginta.

h. H. Perennis.

minus L., caule levi: foliis patulis: imis obtuse trilobis: supremis acutis: panicula diffusa: floribus cernuis: petalis

talis quatuor deciduis: staminibus sedecim ad viginti: ovariiis quatuor - sex. *Icon. Oederi. Tab. 244.*

h. H. Perennis.

Obs. Apices foliorum non semper rubicundi, nec folia sexpartita sunt.

parvifolium, foliis glaucis supradecompositis: foliolis ovatis trilobis: lobis acutis: caule orgyali: panicula patula: floribus cernuis. *Thalictrum sibiricum. Linn.*

Obs. Stamina sedecim: ovaria quinque - octo.

Ab Thalicetro minori differt: 1. Altitudine, 2. foliis minoribus, 3. staminibus paucioribus, 4. florescentia seriori.

h. H. Perennis.

angustifolium L., foliis bipinnatis: pinnulis linearibus trifidis, simplicibusque: margine revolutis: supra lucidis: panicula erecta: petalis quatuor flavis.

Obs. Stamina quatuordecim - sedecim nec plura. Ovaria septem - novem.

h. H. Perennis.

flavum L., caule folioso sulcato: foliolis cuneatis apice plerumque trilobis, obtusis, subtus nervis eminentibus: panicula multiplici erecta.

h. H. Perennis.

Petala quatuor. Stamina numerosa. Ovaria numerosa.

aquilegifolium L., pericarpis clavatis pendulis membranaceis: foliis triplicato - pinnatis: pinnis tuberculiformibus, apice tri - raro quinquelobis: stipulis ovatis: thyrsis terminali.

Obs. Stamina quadraginta - sexaginta. Ovaria sex ad decem.

h. H. Perennis.

ANEMONE. *Tournef. Tab. 147. Anemonoides.*
Dillen. Gen. p. 107. Tab. 4. Linnæi species.

Petala quinque vel sex. Stamina numerosa. Ovaria plurima. Pericarpium subrotundum, depressum, muticum, monospermum.

Sylvestris L., foliis digitatis hirsutis: floribus albis pentapetalis, pericarpis lanatis.

Variat caule uni-bifloro.

h. H. Perennis.

nemorosa L., caule unifloro: foliis caulinis ternis: pin-
 natim tripartitis: floribus albis hexapetalis: pericarpis gla-
 bris. *Icon. Oederi. Tab. 549.*

h. ubique in sylvis. Perennis.

rarunculoides L., caule uni bifloro: foliis caulinis
 ternis: tripartitis: floribus luteis penta-hexapetalis: pericar-
 piis glabris. *Icon. Oederi. Tab. 140.*

h. am Rbinberg prope Caldern. Perennis.

CAPSULA SOLITARIA UNILOCULARIS BIVALVIS.

ACTAEA. *Linnæi species.*

Petala quatuor ovata, concava, decidua. Stamina plu-
 rima. Stylus nullus. Stigma crassum. Capsula coriacea:
 semina subtriquetra gemino ordine, quatuor in singula valva.

racemosa L., racemis longissimis: foliis bipinnatis:
 pinnis oblongis incisissimis serratis acutis.

Ab Christophoriana differt tum defectu calycis, cum
 figura fructus.

h. H. Perennis.

CAPSULA

CAPSULAE CONNATAE UNILOCUARES.

BUTOMUS. *Tournef. Tab. 143. Linnaei gen. n. 693. Milleri Illustr. p. 288. Tab. 31. Gaertner. 1. p. 74. Tab. 19.*

Corolla hexapetala, petalis alterne minoribus. Stamina novem, quorum tria interiora. Ovaria sex. Stigmata crassiuscula. Capsulae sex univalves ovato-rostratae, introrsum dehiscentes, polyspermae.

umbellatus L., floribus umbellatis: scapo simplici tereti: foliis triquetris: involucrio triphylo caduco. *Icon. Oederi. Tab. 604.*

h. in piscinis, aquis stagnantibus. *Im Schützenpfl., ad ripas Lahnac inter Wehrda et Weissenstein. Perennis.*

POPULAGO. *Tournef. Tab. 145. Caltha. Linnaei gen. n. 957. Gaertner. 2. p. 176. Tab. 118.*

Corolla pentapetala. Stamina numerosa. Stigmata sessilia: capsulae compressae univalves introrsum dehiscentes polyspermae.

palustris L., foliis reniformibus, crenatis, caule ramoso: pedunculis unifloris. *Caltha palustris. Linn. Icon. Oederi. Tab. 668.*

h. in pratis humidis uliginosisque frequens. **Perennis.**

CAPSULA SOLITARIA TRILOCULARIS TRIVALVIS.

PHARNACEUM. *Linnaei gen. n. 517. Gaertner. 2. p. 234. Tab. 130.*

Corolla pentapetala persistens margine membranaceo. Stamina quinque. Stigmata tria sessilia. Capsula torulosa trivalvis polysperma.

cerviana

cerviana L., caule rubello ramoso-erecto: foliis linearibus obtusis glaucis: pedunculis subumbellatis lateralibus: fructiferis reflexis.

Trichlis pentastemon floribus umbellatis. *Haller. Goett. p. 26.*

h. H. Annua.

TULIPA. *Tournef. Tab. 199 - 200. Linnaei gen. n. 563. Gaertner. 2. p. 64. T. 17.*

Corolla hexapetala. Stamina sex aequalia. Ovarium oblongum trigonum. Stylus nullus. Stigma trilobum. Capsula polysperma.

sylvestris L., scapo subnutante unifloro: petalis acutis apice villosis: foliis lanceolatis planis: floribus odoratis.

h. copiose *am Weinberg.* Perennis.

pumila, scapo erecto bi-trifloro: petalis glabris: foliis lanceolatis plicatis: floribus inodoris.

Tulipa minor ex luteo purpurascens. *Baub. Pin. p. 63. Linnaei varietas antecedentis.*

h. H. Perennis.

bortensis, scapo erecto unifloro: foliis ovato-lanceolatis. *Tulipa Gesneri. Linn.*

h. H. Perennis.

ANTHERICUM. *Jussieu gen. Pl. p. 59. Linnaei species.*

Corolla hexapetala persistens. Stamina sex aequalia filiformia: inferne nuda: superne barbata. Stylus unus. Stigma unum crassiusculum. Capsula ovata polysperma.

frutescens L., caule fruticoso: foliis carnosis teretibus, racemo laxo florifero: petalis luteis.

h. in tepidario. Perennis.

aspho-

asphodeloides L., foliis carnosis semiteretibus strictis: racemo dense florifero: petalis luteis.

h. in tepidario. Perennis.

annuum L., foliis carnosis subulatis teretiusculis, scapo subramoso: petalis flavis.

h. H. Annua.

PHALANGIUM. *Tournef. Tab. 193. Jussieu gen. Pl. p. 59. Halleri species. Antherici species Linn.*

Corolla hexapetala: petalis lanceolatis. Stamina sex nuda; filiformia, inaequalia. Stylus unus teres. Stigma simplex. Capsula ovata obsolete trigona, sex sulcata, polysperma.

ramosum L., foliis planis: scapo ramoso laxo paniculato: stylo recto: petalis alterne angustioribus.

Phalangium, parvo flore, ramosum. *C. Baub. Morison. 11. Sect. 4. Tab. 1. fig. 9.*

h. H. Perennis.

Liliago L., foliis planis: scapo simplici: stylo declinato.

Phalangium parvo flore, non ramosum. *C. Baub. Morison. 11. Sect. 4. Tab. 1. fig. 10.*

h. H. Perennis.

ORNITHOGALUM. *Gaertner. 1: p. 65. Tab. 17.*

Corolla hexapetala: petalis lanceolatis. Stamina sex conniventia, apice emarginata lata, alterne minora. Anthera sessilis in marginatura. Ovarium trifidum ovatum. Stylus teres. Stigma simplex. Capsula ovata, trifida, polysperma.

nutans L., pedunculis fructiferis nutantibus: scapo simplici erecto: floribus spicatis: spica erecta: bracteis longitudine pedunculorum.

Ornithogalum floribus spicatis: senescentibus pendulis: filamentis staminum alternis maioribus bicornibus. *Haller. Helv. 11. 1216.*

Ornithogalum flore pendente. *Morison. 11. p. 380. Sect. 4. Tab. 13. fig. 9.*

Ornithogalum Neapolitanum. *Clusii appendix altera cum bona icone.*

Obs. Flores minime secundi, undique patentés. Petala exteriora viridia: margine albido.

h. H. Perennis,

STELLARIS. *Dillen: gen. p. 110. Ornithogalum. Tournef. Tab. 263.*

Corolla, stylus, stigma, capsula prioris. Stamina sex basi dilatata, supra attenuata, aequalia, patentia. Antherae erectae. Capsula antecedentis.

lutea, caule anguloso, superne diphylo: foliis floribus brevioribus: floribus umbellatis: umbellis simplicibus paucifloris. *Ornithogalum luteum. Linn. Icon Oederi. T. 378.*

h. in agris prope Cosfelden et Amoëneburgum. Perennis.

minima, caule anguloso, superne diphylo: foliis floribus longioribus: floribus umbellatis: umbellis multifloris. *Ornithogalum minimum. Linn. Icon. Oederi. Tab. 612.*

h. in agris hortisque, prope Wehrda et Bauerbach. Perennis.

erecta, pedunculis aequalibus: defloratis erectis: floriferis patentibus: spica longissima: foliis emarcidis. *Ornithogalum pyrenaicum. Linn.*

Ornithogalum maximum et spicatum lacteo flore. *Morison. 11. Sect. 4. Tab. 13. fig. 6.*

h. H. Perennis.

Petala utrinque alba.

latifolia, racemo longissimo: foliis lanceolato-ensiformibus, convolutis: petalis utrinque albis: carina viridi. *Ornithogalum latifolium. Linn.*

h. in caldario. Perennis.

corymbosa, floribus corymbosis: corymbis multifloris: pedunculis simplicibus: imis scapo altioribus, patentibus. *Ornithogalum umbellatum*, Linn.

h. H. Perennis.

Petala extus viridia, intus alba.

bifolia, foliis binis: floribus corymbosis: corymbis paucifloris: pedunculis simplicibus: imis scapo brevioribus. *Scilla bifolia*, Linn. Icon. Oederi. T. 568.

h. H. Perennis.

scilla, nudiflora: floribus racemosis: bractea solitaria linearis geniculata. *Scilla maritima*, Linn. Blakwell. T. 591.

h. in frigidario. Perennis.

FRITILLARIA. Tournef. Tab. 201. *Fussiegen*:
Pl. p. 55. *Linnaei species*.

Corolla hexapetala: petalis conniventibus rectis: unguibus fovea oblonga nectarifera excavatis. Stamina sex aequalia. Stylus semitrifidus. Antherae oblongae. Capsula oblonga: prismatico-trigona, angulis obtusis, polysperma: semina plana.

meleagris L., foliis omnibus alternis caule unifloro: floribus nutantibus.

h. H. Perennis.

IMPERIALIS. *Fussieu Gen. Pl. p. 55. Corona imperialis*. Tournef. Tab. 197-198. *Fritillaria Linnaei*. Gaertner. 1. p. 63. Tab. 17. *Batsch. Analysis Fl. 1. p. 20. Tab. 3*

Corolla, stamina, stylus antecedentis. Unguibus fovea hemisphaerica nectarifera excavatis. Capsula oblonga: prismatico hexagona: angulis membranaceis. Semina priora
comosa,

comosa, floribus verticillatis comosis: pedunculis cernuis. *Fritillaria imperialis*. Linn.

Variat corollis rubris et flavis.

h. H. Perennis.

LILIUM. *Tournef. Tab. 195. Linnaei gen. n. 558. Gaertner. 2. p. 16. Tab. 83.*

Corolla hexapetala, campanulata vel petalis arcuatim revolutis: petalis apice incrassatis: unguibus intus linea canaliculata exaratis. Stamina sex aequalia subulata. Stylus unus. Stigma triangulare crassiusculum. Capsula polysperma sexfulcata, obtuse trigona: valvis interiecto filo reticulato connexis. Semina plana.

candidum L., foliis sparsis: corollis intus glabris.

h. H. Perennis.

scabrum, foliis sparsis: corollis campanulatis erectis, intus scabris. *Lilium bulbiferum*. Linn.

Lilium caule folioso: foliis sulcatis: floribus campanulatis, intus floccosis. *Haller. Helv. n. 1232.*

h. H. Perennis.

pomponium L., foliis sparsis linearibus acutis subtriquetris: pedunculis longissimis apice cernuis: petalis arcuatis revolutis, faucem versus dentatis.

h. H. Perennis.

martagon L., foliis verticillatis: floribus nutantibus: petalis revolutis.

h. ad Amoeneburgum. Perennis.

ACORUS. *Linnaei. gen. n. 586. Gaertner. 2. p. 27. Tab. 84.*

Spadix cylindricus flosculis tectus. Corolla hexapetala. Stamina sex aequalia. Ovarium oblongum. Stylus nullus. Stigma sessile. Capsula inverse pyramidata.

U

calamus

calamus L., foliis ensiformibus undulatis spadiceum ferentibus.

Typha aromatica clava rugosa. *Morison. iii. Sect. 8. Tab. 13, fig. 4.*

h. in piscinis et fossis: passim prope Bürgel, et in aquis stagnantibus pratorum inter Wehrda et Koelbe. Perennis.

CAPSULA QUADRI-QUINQUELOCULARIS.

HYPOPHYTES. *Dillen. Gen. 134. Tab. 7. Oro-*
banchoides. Tournef. Adt. Paris. 1706. Ed.
Germ. p. 754. Tab. 29. Monotropa. Linn.

Corolla octo-decapetala: petalis conniventibus: interne pilosis apicibus ferratis: alternis exterioribus basi gibbis. Stamina octo-decem aequalia. Stylus unus. Stigma capitatum. Capsula quadri-quinque sulcata: quadri-quinquevalvis: loculis polyspermis. Semina scobiformia.

monotropa, caule simplici squamoso: spica florida nutante: floribus lateralibus octandris: terminali decandro. *Icon. Oederi. Tab. 232.*

h. in sylvis opacis inter folia emarcida. *Am Rheinberg prope Caldern. Am Lahnberg nach dem Frauenberg. Perennis.*

DRUPA CORTICOSA.

POTAMOGETON. *Tournef. Tab. 103. Linnaei*
gen. n. 234. Gaertner. 2. p. 23. Tab. 84.

Corolla tetrapetala: petalis aequalibus. Stamina quatuor brevissima. Ovaria quatuor. Styli brevissimi. Drupae quatuor uniloculares: loculis monospermis.

nataus L., foliis firmis oblongo-ovatis petiolatis natantibus.

Potamogeton rotundifolium. C. Baub. Morison. ii. Sect. 5. Tab. 29. fig. 1.

h. ubique circa urbem in aquis stagnantibus.

perfoliatum L., foliis cordatis pellucidis undulatis amplexicaulibus.

Potamogeton foliis latis splendentibus. C. Baub Morison. II. Sect. 5. Tab. 29. fig. 3. Icon. Oederi. Tab. 196.

h. im Schützenpfuhl, in aquis stagnantibus prope Koelbe. Perennis.

crispum L., foliis lanceolatis alternis oppositisve, undulatis: serratis pellucidis.

h. In rivulis et fossis.

heterophyllum, foliis submersis linearibus, sessilibus, pellucidis: natantibus ovato-lanceolatis vel oblongis petiolatis firmis. Schreber Spicilegium. Fl. Lips. p. 21.

h. Im Lambertsbäuser Teich.

pusillum L., foliis lineari filiformibus oppositis alternisque patentibus: caule tereti ramoso.

Potamogeton pusillum, gramineo folio brevior. Vaillant. bot. Tab. 32. fig. 4.

h. in fossis inter Wehrda et Koelbe.

BACCA VERA.

SOLANOIDES. Tournef. Act. Paris. 1706. Ed

Germ. p. 759. Tab. 31. Rivina. Linn. gen.

n. 219. Gaertner. I. p. 375. Tab. 77.

Corolla tetrapetala persistens: petalis aequalibus. Stamina quatuor aequalia. Stylus unus. Stigma simplex. Bacca sphaerica rubra, monosperma. Semen scabrum.

pubescens, foliis cordatis pubescentibus: floribus racemosis, racemis simplicibus. Rivina humilis. Linn.

h. in caldario, Fruticulus.

levis, foliis ovato-lanceolatis levibus, marginibus purpurescentibus, racemis simplicibus. Rivin. levis. Linn.

h. in caldario. Fruticulus.

ANTRUM CARNOSUM.

SMILAX: *Tournef. Tab. 421. Linnaei gen. n. 1528. Gaertner I. p. 74. Tab. 16.*

Flores masculi et feminei in separatis plantis. Corolla hexapetala: petalis patulis aequalibus, apice reflexis. *Masc.* Stamina sex aequalia. *Femin.* Styli tres. Stigmata pubescentia. Antrum triloculare: loculis monospermis.

aspera L., caule angulato aculeato: foliis novem nerviis, dentato-aculeatis.

h. in caldario. Perennis.

PHYTOLACCA. *Tournef. Tab. 154. Linnaei gen. n. 800. Gaertner. I. p. 377. Tab. 77. Tab. 77. Milleri Illustr. p. 297. Tab. 36.*

Corolla pentapetala persistens. Stamina octo-viginta. Styli octo-decem. Antrum octo-decemloculare globosum subdepressum: loculis monospermis.

octandra L., floribus racemosis subsessilibus: octandris: octagynis: petalis planis.

Variat stylis novem.

h. H. Perennis.

decandra L. floribus racemosis pedunculatis, decandris, decagynis, petalis concavis. *Icon Blakwell. T. 515.*

h. H. Perennis.

PARAPETALOIDEI.

CAPSULAE CONNATAE UNILOCULARES.

DELPHINIUM. *Tournef. Tab. 241. Linnaei gen. n. 927. Gaertner. I. p. 310. Tab. 65.*

Corolla pentapetala, irregularis. Petalum supremum calcaratum, reliqua quatuor ovato-lanceolata. Parapetala unum-duo calcarata petalo supremo involuta. Stamina plurim-

rima. Ovaria tres - quinque, in stylos desinentia. Stigmata simplicia. Capsulae tres - quinque erectae introrsum dehiscentes polyspermae.

consolida L., foliis pinnato - multifidis: laciniis linearibus: calcare longissimo: parapetalo unico: labio bifido. *Icon. Blakwell. Tab. 26.*

h. frequens in agris inter segetes. Annua.

Ajacis L., foliis pinnato - multifidis: laciniis linearibus: calcare longitudine petalorum: parapetalo unico.

h. H. Annua.

elatum, foliis glabris palmatis: laciniis lanceolatis incis; petalis apice inflexis: calcare rugoso glabro: parapetalis duobus: labiis bifidis: apice barbatis: pedunculis capsulisque glabris. *Roth. Beyrr. 2. p. 87.*

h. H. Perennis.

hirsutum, foliis palmatis: laciniis lanceolatis incis summis trifidis: petalis apice patulis: parapetalis duobus: labiis bifidis: apice barbatis: pedunculis capsulisque hirsutis. *Roth. Beyrr. 2. p. 88.*

Stamina in utrisque libera, nec mihi basi connata.

h. H. Perennis.

ACONITUM. *Tournef. Tab. 239. 240. Linnaei gen. n. 928. Gaertner. 1. p. 311. Tab. 65. Koelle de Aconito. Milleri Illustr. p. 321. Tab. 48.*

Corolla pentapetala irregularis: petalo supremo galeato. Parapetala duo calcarata: calcare longissimo basi recurvo, sub petalo supremo galeato recondita. Stamina numerosa. Capsulae tres - quinque erectae introrsum dehiscentes polyspermae. Semina rugosa.

1. *Corollis flavis.*

Lycōctonum L., foliis palmatis multifidis villosis: petalo supremo cylindraceo galeato: capsulis tribus. *Koelle l. c. p. 23. Icon. Blakwell. Tab. 563.*

h. H. passim in Hassia inferiori prope *Helsam am Hirschberg* et monte Meisner. Perennis.

2. *Corollis caeruleis.*

Napellus L., foliis digitato - quinquepartitis: segmentis laciniatis, lineari - lanceolatis utrinque nudis nitentibus: spica compacta: galea antrorsum breviter rostrata: floribus saturate atro - violaceis: capsulis quinque. *Koelle l. c. p. 15. cum icone.*

h. H. passim in Hassia inferiori prope *Eschstrut, und dem Hirschberg* prope *Helsam*. Perennis.

pubescens, petalis pubescentibus: foliis digitato - quinquepartitis: laciniis lato - lanceolatis: spica erecta compacta: galea humili: capsulis quatuor vel quinque. *Aconitum Napellus. Stoeck. cum bona icone. An Aconitum neomontanum Koellii? p. 16.*

h. H. Perennis.

variegatum L., spica laxa pauciflora: galea elongata rugosa distans: parapetala sub prominula: foliis digitato - quinquepartitis: segmentis incisus cuneiformibus, utrinque nitentibus, nudis. *Koelle l. c. p. 18.*

h. H. Perennis.

Descriptio. Caulis tri - quadripedalis erectus ramosus teres levis: ramis diffusis fragilibus. Folia glabra supra profunde, infra albido - virentia. Involucra duo opposita ovata integerrima pedicellata. Petala alba apices versus pallide violacea: caeterum nuda. Galea superne elongata, rostrata, retrorsum reclinata parapetala non occultans. Calcar parapetalorum violaceum.

album, foliis digitato - quinquepartitis: segmentis lato - lanceolatis: remote dentatis utrinque nitentibus nudis: spica
simplici

simplici laxa: pedunculis erectis unifloris: galea elongata distans parapetala occultans, rostrata.

Aconitum lycoctonum orientale flore magno albo. *Tournef. coroll. p. 30.*

Galea non rugosa. Petala et parapetala alba concoloria. Capsulae quatuor - quinque.

h. H. Perennis.

AQUILEGIA. *Tournef. Tab. 242. Linnæi gen. n. 934. Gaertner. 2. p. 175. Tab. 118. Milleri Illustr. p. 323. Tab. 49.*

Corolla pentapetala: petalis aequalibus. Parapetala quinque cuculliformia calcarata petalis alternantia. Stamina numerosa. Ovaria quinque in stylos desinentia: paleis decem cincta. Capsulae quinque teretiusculae rostratae introrsum dehiscentes polyspermae: seminibus nitentibus.

vulgaris L., foliis ternatis: foliolis tripartitis subrotundis: obtuse dentatis: calcare parapetali recurvo.

h. in pratis *am Weinberg.* Perennis.

variegata, foliis ternatis: foliolis incisus obtusis: staminibus corolla longioribus: calcare parapetali recto. *Aquilegia canadensis.* Linn.

Aquilegia praecox canadensis: flore externe rubicundo, medio luteo. *Morison. iii. p. 457. Sect. 12. Tab. 2. fig. 4.*

h. H. Perennis.

NIGELLASTRUM. *Nigella Linnæi. Gaertner. 2. p. 175. Tab. 118.*

Petala quinque ovata, acuta, concava, deflexa. Parapetala octo, bifida, subsessilia: labio superiori ovato, obtuso, brevissimo: inferiori oblongo, integro emarginato: lateribus reflexo: fovea basi nectiferi. Stamina numerosa in una serie disposita. Capsulae sex-duodecim rugosae,

ad

ad medium usque inter se connatae, compressae leves introrsum dehiscentes, polyspermae. Semina orbiculata, compressa, membranacea.

flavum, foliis multifidis: subulato - canaliculatis acutis: caule foliisque levi: pedunculis sulcatis: petalis flavis: capsulis longissimis. *Nigella Orientalis*. *Linu.*

Nigella chalepensis lutea corniculis longioribus. *Morison. iii. p. 516. Sect. 12. Tab. 18. fig. 10.*

h. H. Annua.

Ab *Nigella* *Linnaei* abunde differt. Situs staminum, figura parapetalorum, capsulae, seminumque characteres distinctivos praebent.

ISOPYRUM. *Linnaei gen. n. 955. Gaertner. I. p. 312. Tab. 65.*

Petala quinque, ovata, aequalia, decidua. Parapetala quinque, tubulosa, trifida, lacinia intermedia maxima. Stamina decem - quindecim. Capsulae plurimae compressiusculae acuminatae, introrsum curvae et dehiscentes, bivalves, polyspermae. Semina ovato - globosa.

fumarioides *L.*, caule inferne nudo simplici, superne ramoso: foliis radicalibus longe petiolatis ternatis: foliolis iterum ternatis, incisus obtusis: floribus terminalibus pedunculatis foliolis cinctis: petalis acutis.

h. H. Annua.

HELLEBORUS. *Tournef. T. 144. Linnaei Species.*

Corolla penta - hexapetala persistens, aequalis. Parapetala sex septemve tubulosa pedicellata bilabiata: labiis emarginatis, exteriori longiori. Stamina numerosa. Capsulae quinque septemve subcompressae, rostratae, introrsum dehiscentes, bivalves, polyspermae. Semina subglobosa.

monanthos, flore unico hexapetalo: folio horizontali scapum terminante infidenti. *Helleborus byemalis*. Linn.

Helleborus ranunculoides praecox tuberosus: flore luteo. *Morison. iii. p. 459. Sect. 12. Tab. 2. fig. 4.*

h. H. Perennis.

TROLLIUS. *Linnaei gen. n. 954. Gaertner. 2. p. 176. Tab. 118.*

Corolla polypetala: petalis aequalibus introrsum curvis. Parapetala novem tubulosa linearia unilabiata, apice dorso excavata longitudine staminum. Stamina numerosa. Capsulae plurimae in capitulum collectae: latere superiore dehiscences compressae bivalves polyspermae. Semina ovata.

connivens, petalis conniventibus: flore pedunculato clauso globoso. *Trollius Europaeus*. Linn. *Icon. Oederi. Tab. 133.*

h. H. In monte Meisner. Perennis.

CAPSULA SOLITARIA QUINQUELOCULARIS.

NIGELLA. *Tournef. Tab. VI 45. Lit. A. F. Gaertner. 2. p. 173. Tab. 118. Linnaei species.*

Petala quinque patentia, plana, deltoidea, aequalia. Parapetala octo pedicellata bifida, lacinijs longitudine aequalibus: lacinia superiori apice tubulata: inferiori bipartita lacinijs subtriangulis obtulis biglandulosis, apice glandulis terminatis: fovea ad basia nectariteri. Stamina numerosa, superimpolluta, basi libera, in octo vel decem cohortes distributa. Capsula ovata rotunde pentagona, apice introrsum dehiscens polysperma: glandulis pellucidis adspersa: stylis incurvis persistentibus terminata. Semina angulata, ovata.

arvensis.

arvensis L., caule piloso striato: foliis multifidis: laciniis lineari-lanceolatis: floribus nudis: capsulis inferne angustatis. *Icon. Morison. iii. Sect. 12. Tab. 18. fig. 1.*

Variat seminibus brunneis, quae caeteris notis nil differt.
h. H. Annua.

involuta, floribus involuero folioso cinctis: foliis bipinnatis linearibus. *Nigella damascena. Linn. Icon. Blakwell Tab. 558.*

h. H. Annua.

Corolla saepius multiplicata.

S Y M P H I O S T E M O N .

P E R I C A R P I U M .

ACHYRANTHES. *Linnaei gen. n. 404. Gaertner. 2. p. 214. Tab. 128.*

Corolla hepta - octopetala: petalis scariosis: duobus, tribusve exterioribus. Stamina quinque, aut basi, aut in tubulum integrum vel fimbriatum connata. Stylus unus. Stigma simplex. Pericarpium monospermum subrotundum.

aspera L., foliis ovatis integerrimis acutis subtus subsericeis: petalis octo, tribus exterioribus minoribus patulis: membrana intus stamina fimbriata: floribus spicatis: foecundatis floribus deflexis adpressis. *Achyranthes sicula. L. Boccone sicul. p. 16. Icon. Tab. 9.*

h. in frigidario. Perennis.

lappacea L., caule fruticoso erecto: foliis ovatis utrinque viridibus: spicis interruptis: floribus lateralibus utrinque fasciculo setarum rubrarum uncinato.

Descriptio. Caulis ramosus: ramis patulis. Folia integerrima, acuminata, subpubescentia. Pedunculus triflorus: flores duo laterales heptapetali: petalis duobus exterioribus adpressis: flos intermedius pentapetalus: fasciculus setarum

tarum uncinatarum inter petala duo exteriora, florum exteriorum. Stamina rubra, Stigma crassiusculum.

h. in caldario. Perennis.

diffusa, caule herbaceo diffuso villoso; axillis lanatis: foliis obovatis: floribus axillaribus, confertis: petalis pilosis nudis.

Obs. Flores axillares septem vel quinque: duo laterales sessiles: intermedio pedunculo brevissimo trifloro. Corolla hexapetala. Setae nullae inter petala.

An *Achyranthes prostrata* Linn.? Differt 1. caule herbaceo nec fruticoso: 2. floribus axillaribus nec spicatis: 3. defectu setarum.

h. in caldario. Perennis.

CAPSULA SOLITARIA UNILOCULARIS.

PARONYCHIA. *Tournef. Tab. 288. Illecebrum*
Linnaei species.

Corolla pentapetala persistens: petalis membranaceis aridis, aristatis: arista dorsali. Stamina quinque basi in membrana connata. Stylus unus bifidus. Capsula quinquevalvis monosperma.

glomerata, floribus glomeratis: bracteis nitidis flores superantibus: caulibus procumbentibus: foliis levibus. *Illecebrum paronychia. Linn.*

h. in frigidario. Perennis.

rigida, caule procumbenti rigido villoso: foliis lanceolatis ciliatis, subtus villosis: floribus congestis terminalibus axillaribusque bracteis nitidis obvallatis. *Illecebrum capitatum. Linn.*

h. in frigidario. Perennis.

retrogonia, caule subtetragono diffuso bifariam villoso: foliis lanceolatis nudis: capitulis oblongis. *Illecebrum sessile. Linn.*

Amaranthus humilis, foliis oppositis: flosculis ex alis glomeratis. *Burmann. Zeyl. p. 17. Icon., Tab. 4. fig. 2.*
h. H. Annua.

PYXIDIUM.

CELOSIA. *Linnaei gen. n. 405. Gaertner. 2. p. 215. Tab. 128.*

Corolla hepta - octopetala persistens: petalis duobus tribusve exterioribus (*Calyx Linn.*): omnibus aridis membranaceis, acutis. Stamina quinque basi connata. Stylus unus bifidus. Pyxidium uniloculare subglobosum monospermum.

margaritacea L., foliis ovato - lanceolatis: spicis acutis scariosis compositis: stipulis falcatis: staminibus purpureis.

h. H. Annua.

cristata L., foliis oblongo - ovatis: spicis oblongis cristatis.

h. H. Annua.

trigyna L., stylo trifido: corolla heptapetala: stipulis lunatis horizontalibus: foliis ovato - oblongis: racemo laxo.

h. H. Annua.

A. *Stamina antheraeque libera.*

B. *Ovarium superum.*

I. *Flos calycatus monophyllus.*

SEMEN INCRUSTATUM.

CYPERUS. *Tournef. Tab. 299. Linnaei gen. n. 93. Gaertner. 1. p. 9. Tab. 2.*

Flores glumosi. Spicae distichae imbricatae compressae aneipites. Calyx gluma monophylla: duobus inferioribus
plerum-

plerumque sterilibus. Stamina tria. Stylus unus. Stigmata tria. Semen unicum: villis ad basin nullis.

baspan L., culmo triquetro folioso levi: umbella supra decomposita: spiculis squarrosis horizontalibus lanceolatis teretibus acutis. *Rottböll descr. Pl. p. 36. Icon. T. 6. f. 2.*

h. in frigidario. Perennis.

declinatus, culmo triquetro folioso levi: umbella composita: pedunculis compressis declinatis.

Semina sub nomine *Cyperi vegeti Solandri* accepi.

Descriptio. Radix perennis fibrosa. Culmus erectus glaber, triqueter: angulis obtusis, bipedalis. Folia triquetra magna, scabriuscula. Ochreae bifidae. Involucra patentia, septem - novem inaequalia longissima: involucella spiculis breviora. Umbella composita: radiis septem - novem: centrali sessili: duae breviores seu longiores. Pedunculi umbellularum compressi declinati. Spiculae leves lanceolatae ad viginti florum: lineas quatuor longae. Glumae albae: carina viridi. Semen subtriquetrum.

h. in frigidario. Perennis.

flavescens L., culmo triquetro nudo: umbella triphylla, pedunculis simplicibus inaequalibus: spiculis confertis flavescens lanceolatis: semine lentiformi. *Icon. Kroker Fl. Silesiaca. Tom. I. Tab. 11. mala.*

Cyperus minor pulcher: panicula lata compressa subflavescente. *Morison. III. Icon. Sect. 8. Tab. 11. fig. 37. bona.*

h. in locis humidis. In monte Lahnae ad viam quae ducit versus Schröck, retro *der Maurbach*. Annua.

fuscus L., culmo triquetro nudo: umbella triphylla: pedunculis inaequalibus: spiculis confertis fuscis linearibus. *Leers Herborn. p. 9 T. 1. fig. 2.*

Cyperus minor pulcher: panicula compressa nigricante. *Morison. III. Icon. Sect. 8. Tab. 11. fig. 38. bona.*

h. in pratis humidis prope *Hescamp*. Annua.

SEMEN

SEMEN SCLERANTHUM.

SPINACIA. *Tournef Tab. 378. Linnaei. Gaertner. 2. p. 198. Tab. 126.*

Flores dioici. *Masc.* Calyx quinquepartitus. Stamina quinque. *Femin.* Calyx bi-tri-quadrifidus persistens. Styli quatuor. Semen unicum calyce nunc inermi, nunc spinoso indurato tectum.

Spinosa, foliis sagittatis: feminibus sessilibus spinosis. *Milleri dict. n. 1.*

Colitur. Biennis.

inermis, foliis oblongo-ovatis: feminibus sessilibus inermibus. *Milleri dict. n. 2.*

Colitur. Biennis.

Linnaei varietates spinaciae oleraceae.

VIBO. *Medicus Phil. Bot. Fasc. I. p. 178.*

Flores sexu distincti in eadem planta. *Masc.* Calyx tetra-pentaphyllus, muticus. Stamina sex. *Fem.* Calyx monophyllus sexpartitus cartilagineus: laciniis tribus exterioribus spinosis patentibus: interioribus tribus, exterioribus adnatis, erectis muticis. Styli tres. Stigmata plumosa. Semen unicum basi ovatum superne triquetrum calyce indurato scrobiculato trispinoso tectum.

Spinosa, caule diffuso: foliis subcordatis integerrimis: verticillis remotis aphyllis. *Rumex spinosus. Linn. Gaertner. 2. p. 179. Tab. 118. Willich. Obs. 16.*

Beta cretica femine aculeato. *C. Baub. Morison. II. Sect. 5. Tab. 30. fig. 7.*

h. H. Annua.

PERICARPIUM UNILOCLARE.

LENTICULA. *Dillen. Gen. p. 118. Tab. 6.*

Lemna. Linn. gen. n. 1400.

Flores androgyni aut hermaphroditi. Calyx integer aut latere dehiscens. Stamina duo. Stylus unus. Pericarpium ovatum striatum.

minor L., foliis utrinque planis: radicalibus solitariis. h. in aquis stagnantibus.

gibba L., foliis tubtus hemisphaericis coloratis: radicibus solitariis. *Weber. spicileg. Fl. Goett. p. 24.*

h. in aquis stagnantibus prope Bürgeln.

trifurca L., foliis lanceolatis petiolatis transverse proliferis. *Schrank Prim. fl. Salzburg. p. 24. 25.*

h. cum antecedenti.

Plantam non vidi florentem; pericarpia vero Lenticulae gibbae forte mense Aprili matura: femine unico foeta.

SALICORNIA. *Tournef. Tab. 485. Linnaei*

gen. n. 14. Gaertner. 2. p. 210. Tab. 127:

Calyx persistens angulatus. Stamen unum vel duo. Stylus unus. Semen unum calyce persistenti non indurato tectum.

herbacea L., patula articulis apice cylindricis emarginato-bifidis. *Icon. Oederi. Tab. 203.*

h. ad salinas Nauheimenses. Annua.

ERIOPHORUM. *Linnaei gen. n. 95. Gaertner.*

I. p. 10. Tab. 2.

Flores glumosi. Spiculae undique imbricatae. Calyx gluma univalvis: valvis membranaceis. Stamina tria. Stylus unus. Stigmata tria. Pericarpium triquetrum, pappo spica longiori capillari, ad basin cinctum,

poly-

polystachium L., culmis teretibus: foliis planis: spicis plurimis pendulis. *Leers Herb. p. 11. T. 1. fig. 5. Vaillant. Tab. 16. fig. 1.*

h. frequens in pratis uliginosis. Perennis.

CAREX. *Dillen. gen. p. 165. Tab. 14. Linnaei gen. n. 1407. Gaertner. 1. p. 12. T. 2.*

Flores glumosi. Spiculae undique imbricatae. Flores sexu distincti, vel in eadem, vel in separatis plantis. *Masc.* Calyx gluma univalvis. Stamina duo triave. *Femin.* calyx ut in mare. Styli duo tresve. Stigmata incurva. Glandula bidentata. Pericarpium pedicellatum rostellatum aut mucum, ovatum, subtriquetrumve, nudum.

1. *Spica unica.*

psyllophora L., spica simplici tereti androgyna, superne mascula, femineis fructiferis divaricatis reflexis, pericarpis teretibus. *Carex pulicaris. L. Leers Herb. n. 705. Tab. 14. fig. 1.*

h. in sylvis. *Am Rhinberg prope Caldern. Perennis.*

2. *Spicis compositis.*

arenaria L., spiculis androgynis ovato-acutis: inferioribus remotioribus: folio longiori instructis: culmo triquetro: radice repente: stigmata duo. *Icon. Viborg. Tab. 3.*

h. H. Perennis.

disticha, spica subdisticha: spiculis ovatis sessilibus androgynis, infimis femineis remotis: foliolo longiori instructis, culmo triquetro. *Honkeny. Fl. Germ. 1. p. 345. Carex arenaria. Leers Herborn. n. 706. Tab. 14. fig. 2.*

Stigmata duo.

h. in pratis humidis frequens. Perennis.

leporina

leporina L., spiculis ovatis sessilibus adproximatis ternis, androgynis nudis. *Leers Herb. n. 707. T. 14. f. 6.* Stigmata duo.

Gramen palustre majus spica divisa. *C. Baub. Morison. III. Sect. 8. Tab. 12. fig. 29.*

h. in pratis humidis prope *dem Afföller*. Perennis.
vulpina. L., spica supradecomposita inferne laxiore, spiculis ovatis androgynis glomeratis superne masculis. *Leers Herborn. n. 708. Tab. 14. fig. 5.* Stigmata duo.

Gramen palustre majus spica compacta. *C. Baub. Morison. III. Sect. 8. Tab. 12. fig. 24.*

h. passim in uliginosis. Perennis.

muricata, spiculis subovatis sessilibus remotis androgynis: superne masculis: inferne femineis: pericarpis simpliciter bicuspidatis. *Honkeny Fl. Germ. l. p. 352. Carex canescens. Leers Herborn. n. 712. Tab. 14. fig. 3.* Stigmata duo.

Gramen nemorosum spicis parvis asperis. *C. Baub. Morison. III. Sect. 8. Tab. 12. fig. 26.*

h. in pratis humidis. *Am Labnberg nach Bauerbach zu.* Perennis.

echinata, spiculis subovatis sessilibus remotis androgynis: inferne masculis: superne femineis: pericarpis simpliciter cuspidatis. *Honkeny Fl. Germ. l. p. 354. Carex muricata. Leers Herborn. n. 709. Tab. 14. fig. 8.*

h. cum priori. Perennis.

axillaris, spiculis ovatis subsessilibus: ramis in alis foliorum: supremis nudis. *Carex remota Linn. Leers Herborn. n. 710. Tab. 15. fig. 1.*

Gramen paniculis pluribus sessilibus in foliorum alis. *Morison III. Sect. 8. Tab. 12. fig. 17.*

h. in uliginosis *am Labnberg.* Perennis.

elongata L., spiculis oblongis sessilibus remotis androgynis: pericarpis ovatis acutis. *Honkeny Fl. Germ. l. p. 356. Leers, Herborn. n. 711. Tab. 14. fig. 7.* Stigmata duo.

Gramen angustifolium: spicis erectis luteolis sessilibus.
Morison. III. Sect. 8. Tab. 12. fig. 8.

h. in uliginosis prope *Bauerbach*. Perennis.

canescens L., spiculis subrotundis remotis sessilibus
 obtusis androgynis, pericarpis ovatis obtusiusculis. *Honkeny.*
Fl. Germ. 1. p. 358. Stigmata duo.

Carex spiculis ovatis alternis supremis se contingentibus
Haller. Hist. n. 361.

h. am *Lahnberg* in uliginosis. Perennis.

3. Spicis sexu distinctis: femineis sessilibus.

flava L., spicis confertis subsessilibus: subrotundis:
 mascula lineari: pericarpis acutis recurvis. *Honkeny. Fl.*
Germ. 1. p. 362. Leers Herborn. n. 714. Tab. 15. fig. 6.

Gramen palustre aculeatum German. *C. Baub. Mori-*
son. III. Sect. 8. Tab. 12. fig. 19.

h. in humidis cum priori. Perennis.

digitata L., spicis linearibus erectis: mascula brevior
 inferioreque lineari: bracteis aphyllis: pericarpis distantibus.
Honkeny. Fl. Germ. 1. p. 364. Leers Herborn. n. 715. T.
16. fig. 4.

Carex spicis femineis petiolatis raris masculam superan-
 tibus. *Halleri Hist. n. 1376.*

h. prope *Calderu am Rbinberg*. Perennis.

montana L., spicis femineis sessilibus subsolitariis globo-
 so-ovatis: mascula adproximatis: spica mascula tereti termi-
 nali: pericarpis pubescentibus. *Honkeny. Fl. Germ. 1. p.*
365. Leers Herborn. n. 716. Tab. 16. fig. 6.

h. frequens in sylvis locis siccis. Perennis.

ericetorum, spica mascula terminali obverse ovata ob-
 tusa: femineis sessilibus ovatis: pericarpis pubescentibus.
Hoffm. D. Flora. p. 329. Pollich. Pal. n. 886.

h. in sylvis frequens bey dem *Tannenwald*. Perennis.

verna,

verna, culmo erecto levi tereti: spicis femineis mascula adproximatis squamis calycinis acutis: capsulis triquetris pubescentibus. *Honkeny. Fl. Germ. l. p. 366. Carex filiformis: Leers Herborn. n. 718. Tab. 16. fig. 5. Culmus digitalis, palmaris. Stigmata tria.*

h. in pratis, locis gramineis ubique. Perennis.

decumbens, culmo decumbenti triquetro: spicis femineis mascula adproximatis: pericarpis triquetris pubescentibus.

Descriptio, Radix repens. Culmi vix digitales decumbentes triquetri angulis acutis scabris. Folia carinata angusta, culmo breviora, margine retrorsum scabra.

Spica terminalis mascula oblonga, calycinis glumis ovatis obtusis nigro-fuscis: carina viridi levi margine membranaceo.

Spicae femineae sessiles 1-2 inferior foliolo proprio longitudine spicularum feminarum vestita. Calycinis glumis ovatis non truncatis mucronatis nigro-fuscis: carina viridi scabra margine antice membranaceo. Styli tres. Pericarpium oblongum triquetrum obtusum subpubescens.

an *Carex decumbens* Ehrhart?

Ab Carice verna plane diversa, neque cum Carice *Halleri* n. 1374. convenit.

h. in locis siccis montosis *am Frauenberg*. Perennis.

filiformis L., culmo triquetro filiformi erecto: spica mascula oblonga: feminea sessilis ovata: foliolo florali breviori adproximata. *Honkeny. Fl. Germ. l. p. 367,*

Radix repens. Culmi digitales retrorsum asperi. Glumae lanceolatae acutae: femineae carina apicem versus aspera. Folium florale spicis femineis brevior. Pericarpis triquetris pubescentibus.

h. in siccis *am Beerenberg prope Cosfelden*.

gracilis, culmo triquetro erecto, spicis sessilibus adproximatis brevissimis glumis lanceolatis mucronatis. *Halleri* n. 1374. *Icon. Oederi. Tab. 442. Honkeny. Fl. Germ. l. p. 368.*

Radix fibrosa non repens. Culmi digitales retrorsum subasperi. Foliolis floralibus spicis longioribus. Capsulis subtriquetris pubescentibus.

h. am Beerenberg prope Cosfelden,

4. *Spicis sexu distinctis; femineis pedunculatis.*

latifolia, spicis pedunculatis erectis: mascula terminali cylindrica: glumis imbricatis: femineis tribus: quatuor remotis vaginis obductis: floribus alternis: culmo acute triquetro erecto: foliis ensiformibus.

Descriptio, Radix perennis fibrosa non repens. Culmi leves pedales. Folia glabra. Spica mascula solitaria subtrigona nuda: glumis levibus glabris ovatis, acutis, ferrugineis: carina viridi. Stamina tria. Spicae femineae cylindricae, pedunculatae, culmo adpressae, vaginis spicis longioribus: glumis ovatis acutis ferrugineis margine membranaceis. Stigmata duo. Pericarpium triquetrum leve.

h. H. Perennis.

limosa L., spicis femineis ovatis pendulis: mascula longiore cylindrica erectiore: radice repente. *Carex elegans*. Willdenow. Prodr. 104. Icon. Tab. 1. fig. 4.

h. in uliginosis am Labenberg. Perennis.

pallescens L., spicis adproximatis femineis ovatis fructiferis pendulis: mascula cylindrica erecta: foliis floralibus vaginantibus basi transverse undulato-plicatis. *Leers Herborn*. n. 721. Tab. 15. fig. 4.

h. am Labenberg. Perennis.

panicea L., culmo foliisque glauco: spicis femineis erectis fructiferis pendulis linearibus teretibus: spica mascula terminali cylindrica: pericarpis subglobosis inflatis. *Leers Herborn*. n. 722. Tab. 18. fig. 5.

h, ubique in pratis humidis. Perennis.

pendula, spicis femineis subsessilibus cylindricis longissimis pendulis: mascula erecta: pericarpis subrotundis acuminatis

natis. *Carex mutabilis*. n. 104. *Willdenow*. Tab. 2. fig. 6.
Tab. 3. fig. 7.

Gramen spica pendula longiore. *C. Baub. Morison*. III.
Sect. 8. Tab. 12. fig. 4.

h. in pratis uliginosis inter urbem et Wehrda. Perennis.
sylvatica, spicis femineis pedunculatis pendulis filiformi-
bus laxis pedunculo brevioribus: spica mascula unica: duae
erectae: pericarpis remotis apice bifidis. *Carex Drymeia*.
Linu. suppl. Pl. p. 414. *Carex capillaris*. *Leers Herborn*
n. 720. Tab. 15. fig. 2.

h. passim in sylvis. Perennis.

5. *Spicis masculis pluribus.*

acuta L., spicis masculis obtusis, glumis obtusiusculis: cau-
le acutangulo. *Hoffm. D. Fl.* p. 333. *Honkeny Fl. Germ.*
l. p. 388.

Cyperoides nigro-luteum vernum minus. *Tournef.*
Scheuchzer, agrost. p. 460.

h. frequens in pratis uliginosis. Perennis.

ambigua, spicis masculis pluribus teretibus inferioribus
basin versus femineis: culmo triquetro erecto levissimo: flo-
ribus digynis: capsulis glabris obtusis ovatis glumis brevio-
ribus.

Radix repens. Culmi erecti spithamei nudiusculi ad
basin usque acute triquetri angulis levissimis.

Folia margine scabriuscula plana culmo breviora: fo-
lium florale spica infima subiectum spicis longior. Spicae cy-
lindricae acutae tres-quatuor erectae: infima pedunculata.
Glumae lanceolatae obtusae fuscae: carina badia. Flores
feminei pauci 3-5 ad basin spicae infimae. Stamina tria.
Styli duo. Pericarpium rotundatum leve.

h. in humidis, in fossa diaboli prope Wehrda.

riparia, spicis masculis triquetris nigricantibus acutis:
glumis aristato acuminatis: pericarpis subinflatis bifidis.
Hoffm.

Hoffm. D. Fl. pag. 333. Honkeny. Fl. Germ. l. pag. 389.

Gramen cyperoides latifolium spica ruffa, seu caule triangulo. C. Baub. Theatr. Bot. p. 82.

h. cum priori, copiose in Afföller. Perennis.

flacca, spicis masculis erectis: femineis pendulis: pericarpis ovatis glumis brevioribus. Honkeny. Fl. Germ. l. p. 392. Carex limosa. Leers Herborn n. 719. Tab. 15. fig. 3.

Gramen cyperoides nemorosum spica subnigra recurva. C. Baub. Morison. III. Sect. 8. Tab. 12. fig. 14.

h. in pratis uliginosis inter urbem et Wehrda. Perennis.

inflata, spicis masculis erectis: femineis pedunculatis pendulis: capsulis sextariam positis inflatis glumis longioribus: collo bifido. Leers n. 721. Tab. 16. fig. 2. III.

h. frequens in paludosis. Perennis.

bifurca, spicis masculis erectis: femineis pedunculatis erectis adpressis: pericarpis glumis brevioribus: subinflatis: collo elongato bifido. Carex bifurca. Schrank. Fl. bovar. n. 156. Carex vesicaria. Leers Herborn. Tab. 16. fig. 2. I.

Gramen cyperoides vesicarium, spicis teretibus erectis majus. Scheuchzeri agrost. p. 476.

Capsulae imbricatae, nec sextariam positae.

Glumae masculae ovatae acutae fuscae apice membranaceae aridae: femineae ovatae acutae aristatae fuscae. Styli tres.

h. in pratis humidis uliginosisque prope Wehrda. Perennis.

hirta L., spicis remotis: masculis erectis, femineis pedunculatis erectis: vaginis spicis femineisque albido villosis: pericarpis hirtis: radice repente. Leers Herborn. n. 725. Tab. 16. fig. 3.

h. in pratis udis prope Gieselbergam, et retro Wehrda. Perennis

MOLLUGO. *Linnaei gen. n. 139. Gaertner.*
2. p. 235. Tab. 130.

Corolla pentaphylla persistens. Stamina tria - quatuor-
quinque ovario adpressa. Stigmata tria sessilia. Capsula tri-
valvis torulosa, polysperma.

verticillata L., foliis obovatis verticillatis: caule diffu-
so ramosissimo dichotomo: pedunculis axillaribus congestis
unifloris: stipulis minimis. *Roth Beytrage, 1. p. 130.*

h. H. Annua.

PARIETARIA. *Tournef. Tab. 289. Linnaei gen.*
n. 1576. Gaertner. 2. p. 184. Tab. 184.

Flores hermaphroditi femineique in eadem planta. In-
volucrum hexaphyllum. Flore unico femineo caeteri herma-
phroditi. Flos hermaphroditus. Calyx quadrifidus persistens.
Stamina quatuor elastice diffilientia. Antherae didymae,
elastice pollen defluentes. Stylus 1. Stigma unicum penicil-
liforme. Semen unicum calyce non indurato tectum. Fem.
ut in mare, Stamina nulla.

officinalis L., caule erecto: foliis lanceolato-ovatis:
subhirsutis: florum glomerulis caulinis pluribus peduncula-
tis. *Icon. Oederi. Tab. 521.*

h. H. Perennis.

ramiflora, caule decumbenti: ramis non caule floriferis:
glomerulis sessilibus: foliis hirsutis ovatis. *Parietaria judai-*
ca. Linn. Parietaria officinalis. Pollich. Pal. n. 940. huc
pertinet.

Folia minora atro-virentia.

h. H. copiose in muris vinearum prope Bingen, et in
toto tractu inter St. Goar et Bingen. Perennis.

HER-

HERNIARIA. *Tournef. Tab. 288. Linnaei*
gen. n. 434.

Calyx quinquepartitus persistens interne coloratus. Stamina quinque fertilia: quinque sterilia breviora. Styli duo. Stigmata duo. Pericarpium ovatum.

glabra L., caule humifuso ramosissimo; foliis oppositis sessilibus ovato-lanceolatis: floribus glomeratis axillaribus sessilibus, bracteis interstinctis. *Icon Oederi. Tab. 529.*

Variat calyce quadripartito, tunc stamina quatuor.

h. frequens in arenosis circa urbem et ad ripas Lahnæ.
 Annua.

CHENOPODIUM. *Tournef. Tab. 288. Linnaei.*
Gaertner I. p. 360. Tab. 75.

Calyx quinquepartitus persistens. Stamina quinque. Styli duo. Stigmata duo. Semen unicum compressum lenticulare, pericarpio tenui friabili membranaceo obvolutum.

I. Foliis margine non integerrimis.

rubrum L., caule diffuso: foliis rhomboideis inaequaliter dentatis; dentibus obtusis: racemis axillaribus terminatibusque erectis compositis foliis interstinctis longitudine foliorum: calycibus rubentibus.

Chenopodium foliis nitentibus glabris acute circumdentatis. *Haller hist. n. 1583.*

Atriplex sylvestris altera, folio saturate virente spica subrubra. *Merison. II. p. 604. Sect. 5. Tab. 31. fig. 4.*

h. prope Bürgeln ad fineta. Annua.

murale L., caule erecto: foliis triangularibus nitidis acute dentatis: racemis compositis strictis nudis.

Plan-

Planta tota viridis.

h. prope Caldern, in ruderatis. Annua.

album L., caule erecto foliis rhomboideis sinuato-dentatis firmis: summis ramorumque lanceolatis integerrimis: racemis erectis foliatis.

Var foliis sulcus farinosis minus sinuato-dentatis.

Chenopodium viride Linn.

Planta adulta albescit.

h. in hortis et agris frequens. Annua.

hybridum L., caule erecto: foliis rhomboideo-triangularibus sinuato-dentatis: dentibus aequalibus; postice integris elongatis; racemis terminalibus; glomerulis compositis foliatis.

Chenopodium Stramonii folio. *Vaillant. Bot. p. 36.*

Icon. Tab. 7. fig. 2.

h. in hortis prope Wehrda. Annua.

Botrys L., caule erecto: foliis oblongis sinuatis subviscidis; racemis compositis axillaribus nudis glomeratis.

Icon Blakwell. Tab. 314.

h. H. Annua.

ambrosioides L., caule erecto: foliis lanceolatis dentatis: subtus punctatis: racemis foliatis simplicibus: floribus axillaribus confertis.

Thee silesiacum. *Actis Wratislav. II. 1717. Icon. p. 444.*

h. H. Annua.

multifidum L., caule diffuso: foliis pinnatifidis: laciniis linearibus: floribus glomeratis axillaribus sessilibus.

h. in frigidario. Perennis.

glaucum L., caule diffuso: foliis oblongis sinuatis: subtus incanis: racemis nudis simplicibus: floribus glomeratis.

Attriplex sylvestris folio sinuato candicante. *C. Baub.*

Morison II. Sect. 5. Tab. 31. fig. 3.

h. in ruderatis pinguibus. Annua.

Attri-

Atriplicis L., caule orgyali erecto: foliis deltoidibus subdentatis: subtus rubro coloratis: racemis glomeratis: foliatis calycibus rubro-coloratis.

h. H. Annua.

2. *Foliis integerrimis.*

bonus henricus L., caule erecto: foliis triangulari sagittatis: subtus farinosis: racemis compositis elongatis aphyllis. *Icon Oederi Tab. 579.*

h. frequens in ruderatis. Annua,

vulvaria L., caule diffuso: foliis rhombico-ovatis farinosis glaucis: floribus axillaribus conglomeratis. *Atriplex olida, Blakwell, Tab. 100.*

h. ad vias, in muris hortorum ante portam capucinarum. Annua.

polyspermum L., caule decumbenti: foliis ovatis: floribus paniculatis glomeratis: panicula nuda dichotoma.

h. in cultis frequens. Annua.

scoparia L., caule erecto: ramis erectis: foliis lineari-lanceolatis ciliatis: floribus geminis sessilibus axillaribus per ramos sparsis.

h. H. Annua.

aristatum L., caule spithameo erecto ramosissimo: ramis patulis: foliis lanceolatis: floribus paniculatis: panicula divaricata dichotoma: involucris aristatis persistentibus.

h. H. Annua.

filiforme, caule erecto ramosissimo: foliis subteretibus filiformibus acutiusculis, basi pedunculiferis: pedunculis trifloris: stylis tribus.

Salsola altissima Linn.

h. H. Annua.

lanuginosum, calycibus lanuginosis: caule erecto subnudo ramosissimo: ramis lanuginosis: foliis linearibus hirtis: flori-

floribus axillaribus sessilibus solitariis geminisve: stylis duobus: antheris roseis.

Salsola byssopifolia. Pallas Iter. 1. Icon. Tab. L.

Ab *salsola laniflora* Linnaei differt calycibus non exerescentibus, nec foliis carnosis.

h. H. Annua.

KALI. Tournef. Tab. 128. *Salsola*. Linnaei

gen. n. 437. Gaertner. 1. p. 359. Tab. 75.

Calyx quinquepartitus persistens. Stamina quinque. Stylus 1-2 Semen unicum cochleae instar spirale: pericarpio membranaceo friabili involutum: et calyce margine explanato tectum.

Soda, herbacea decumbens: caule striato subscabro ramosissimo: ramis patentibus: foliis subulatis spina rigida terminatis. *Salsola Kali*. L.

Kali spinosa affinis. C. Baub. Morison. 11. Sect. 5, Tab. 33. fig. 11.

h. H. Annua.

inermis, caule erecto ramosissimo patulo: foliis linearibus carnosis subulatis apice inermibus: floribus axillaribus.

Salsola soda, herbacea patula foliis inermibus. Linnaei.

Kali. Dod. pempt. p. 81.

h. H. Annua.

LUPULUS. Tournef. Tab. 309. Gaertner. 1.

p. 358. Tab. 75. *Humulus* Linnaei gen. n.

1523. *Milleri*. Illustr. p. 405. Tab. 88.

Flores sexu distincti in separatis plantis. Masc. Calyx pentaphyllus, stamina quinque. Fem. Strobilus. Calyx monophyllus ovatus maximus, basi involuto-tubulosus. Styli duo. Pericarpium rugosulum.

communis, foliis oppositis cordatis simplicibus tri-
 quinelobisve serratis: ferris acuminatis: floribus masculis
 racemosis. *Humulus lupulus* Linn. *Icon Blakwell. Tab.*
536. a et b.

h. ad sepes, frequens ante portam St. Elisabethae ad
 viam regiam. Perennis

CANNABIS. *Tournef. Tab. 308. Linnaei gen.*
n. 1522. Gaertner. I. p. 357. T. 75.

Flores sexu distincti in separatis plantis. Masc. Calyx
 pentaphyllus. Stamina quinque. Fem. Calyx monophyl-
 lus latere-hians. Styli duo. Pericarpium nucamentaceum
 bivalve.

sativa L., foliis digitatis: foliolis quinque lanceolatis
 serratis. *Icon Blakwell. Tab. 322. a et b.*

Colitur.

PERICARPIUM MULTILOCLARE.

BETA. *Tournef. Tab. 286. Linnaei Gaert-*
ner. I. p. 359. Tab. 75. Medicus Phil. Bot.
Fasc. I. p. 42.

Calyx quinquepartitus persistens. Stamina quinque.
 Styli duo. Pericarpium calycinum multiloculare.

vulgaris L., foliis planis: floribus congestis: calycis
 laciniis basi dentatis.

colitur. Biennis.

decumbens, caule decumbenti: foliis obliquis undula-
 tis: floribus geminis ternisve: calycis laciniis cucullatis in-
 tegris: stylo bifido.

Beta maritima Linn.

h. H. Annua.

CERA.

CERATONIA. *Linnaei Gen. n. 1612. Gaertner.*
2. pag. 310. Tab. 146. Siliqua, Tournef.
Tab. 344.

Flores sexu distincti in separatis stirpibus, aut omnes haermaphroditi. Calyx quinquepartitus. Stamina quinque. Antherae didymae. Ovarium cylindricum. Stigma capitatum. Pericarpium leguminiforme compressum carnosum: polyspernum: semina ossea compressa.

siliqua L., foliis pinnatis perennantibus: absque impari: floribus racemosis. Fabricii Hort. Helmst. P. 232. Icon Blakwell. Tab. 209.

h. in frigidario;

Arbor constanter floribus hermaphroditis vestita: quotannis floret: et fructus maturos jam perfecit.

S A M A R A.

ULMUS. *Tournef. Tab. 372. Linnaei gen. n. 443. Gaertner. 1. p. 224. Tab. 49.*

Calyx quinquefidus. Stamina 3 - 5 - 8. Styli nulli, aut duo. Stigmata duo. Samara monosperma, margine membranaceo circumcirca vestita.

campestris L., foliis ovatis obliquis duplicato-serratis: floribus pentandris umbellatis: umbellis congestis.

h. in sylvis, copiose *am Stauffenberg* prope Gieffam.

latifolia, foliis subrotundis, supra scabris, duplicato-serratis obliquis obscure virentibus apice elongatis. Ulmus hollandica. Duroy. Pallasii.

Ulmus hollandica minime ad hanc speciem pertinet.

h. H.

nitens, foliis utrinque glabris ovatis: supra nitentibus: duplicato-serratis obliquis. Ulmus carpinifolia. Ehrharr.

h. H.

sube-

suberosa, cortice suberoso: foliis subrotundis duplicato-
seratis: margine undulatis: supra scabris. *Ehroart. Beytr.*
6. p. 87.

h. H.

NEGUNDO. *Acer. Linn.*

Flores feminei et masculi in separatis truncis. Masc.
Calyx quadri-quinquepartitus. Stamina quatuor-quinque-
Fem. Calyx ut in mare. Styli tres quatuorve. Samarae
duae coronatae extrorsum membranaceae.

aceroides, foliis compositis: racemis pendulis: peduncu-
lis filiformibus: samarae alis incurviusculis. *Acer negundo*
Linn.

h. H.

Ab *Acere* differt defectu corollae et numero staminum.

CALYX CAPSULAEFORMIS.

FAGUS. *Tournef. Tab. 351. Gaertner. 1. p.*
182. Tab. 37. Linnaei species.

Flores amentacei androgyni. Masc. Amentum globo-
sum. Calyx campanulatus quinquepartitus. Stamina duo-
decim plurima. Fem. Involucrum biflorum persistens qua-
drifidum muricatum. Calyx hexaphyllus pilosissimus. Sty-
lus unicus. Stigmata tria reflexa. Involucrum qua-
rivalve capsulae-forme muricatum includit semen plerumque uni-
cum triquetrum coriaceum.

sylvatica L., foliis ovatis margine undatis, obsolete ser-
ratis. *Ehroart. Beytr. 4. p. 176.*

h. in sylvis. Arbor.

CASTANEA. *Tournef. Tab. 352. Gaertner.*
1. p. 181 Tab. 37.

Flores androgyni amentacei. Masc. Amentum cylin-
draceum floribus glomeratis sessilibus. Calyx sexfidus, laci-
nis

niis linearibus obtusis patentibus. Stamina novem duodecim. Fem. Involucrum bi-triflorum, tri-quadrifidum muricatum persistens. Calyx hexaphyllus: Stamina sterilia nulla. Styli sex, Involucrum quadrivalve capsulae-forme spinis ramosis echinatum includit semina duo planiuscula rotundato-mucronata coriacea.

vesca, foliis ovato-lanceolatis: acuminato serratis: dentibus aduncis. *Fagus castanea* Linn.

h. H. Arbor.

CAPSULA SOLITARIA UNILOCULARIS.

SALIX. *Tournef. Tab. 364. Linnaei gen. n. 1493. Gaertner. 2. p. 55. Tab. 90. Hoffmann Hist. Salicum.*

Flores amentacci sexu distincti in separatis stirpibus. Masc. Calyx monophyllus lateralis uniflorus. Stamina 1-2-3-4-5. Glandula ad basin staminum vel simplex vel duplex. Fem. Calyx ut in mare. Styli nulli. Stigmata duo. Capsula ovato-rostrata, bivalvis polysperma. Semina undique papposa.

monandra, stamine unico: foliis lineari-lanceolatis: serratis glabris superioribus obliquis: antheris coccineis. *Hoffmann. p. 18. Icon. Tab. 1. fig. 1. 2. Tab. 5. fig. 1. Tab. 23. fig. 1.*

Salix belix et purpurea Linn.

h. in salicetis prope Koelbe. Frutex.

triandra L., floribus triandris: foliis lanceolatis serratis glabris nudis: stipulis trapeziformibus serratis. *Hoffmann. p. 45. Tab. 9-10. fig. 1. 2. 3. 4.*

h. frequens ad ripas fluminum. Arbor.

pentandra L., floribus pentandris: foliis ovatis serratis glabris nudis: petiolis glandulosis.

Variat

Variat numero staminum. 5. 6 - 7.

h. H. Arbor.

fragilis L., foliis ovato-lanceolatis ferratis utrinque nudis: petiolis subglandulosis: floribus diandris: pedunculis foliosis: ramis fragilibus.

h. H. Arbor.

pendula, ramis pendulis: foliis lineari-lanceolatis ferratis glabris subtus glaucis. *Salix Babylonica* Linn.

h. H. Arbor.

rosmarinifolia L., foliis lanceolato-linearibus integerrimis sessilibus subtus sericeis.

h. H. Fem. Frutex.

depressa, ramis depressis: foliis ovato-oblongis integerrimis, supra glabris, subtus sericeis. *Hoffmann. p. 63. Icon. Tab. 15. 1. 2. Tab. 16. 3. 4.*

h. in salicetis ad ripas Lahnae prope Koelbe. Frutex.

alba L., foliis lanceolatis acuminatis ferratis subpubescentibus: serraturis infimis cartilagineis. *Hoffm. p. 22. Tab. 2. fig. 15. 1 - 2. Tab. 5. fig. 2. Tab. 21. fig. 2.*

h. ad vias, et ripas fluminum. Arbor.

viminalis L., foliis lanceolato-linearibus longissimis margine undulatis acutis subtus sericeis. *Hoffmann. p. 22. Tab. 2. fig. 1. 2. Tab. 5. fig. 2. Tab. 21. fig. a.*

h. ad ripas Lahnae passim prope Koelbe. Frutex.

tuberculata, ramis junioribus tuberculatis: foliis oblongis sessilibus integerrimis utrinque glabris: subtus albidioribus: stipulis nullis.

Descriptio. Arbor octopedalis: cortice griseo ramis junioribus olivaceo-flavescenti. Gemmae foliaceae et floriferae distinctae. Folia conferta, subtus venosa, utrinque plana minime rugosa. Amenta masculina sessili oblonga vix lineas sex longa: glumae calycis hirsutae apice bidae. Stamina duo distantia longissima: antherae didymae, saepius ante

ante pollinis affusionem apice rubrae. Glandula unica inter
stamina et receptaculum

h. H. Masc.

myrtilloides L., foliis integris glabris ovatis acutis.

h. H. Fem. Frutex.

repens L., caule repente radicante: foliis ovato-oblongis, subdentatis, utrinque nudis, supra lucidis.

Obs. Rami glabri terrae arcte adpressi diffusi cortice virescente. Stipulae nullae.

h. H. Fruticulus-

glauca L., foliis ovatis oblongis integerrimis: subtus sericeis tenuissime villosis: amentis masculinis per paria oppositis

h. H. Frutex.

aurita L., foliis subrotundis integerrimis, supra subpubescentibus, infra tomentosis: stipulis reniformibus repando-dentatis. Var. foliis undulatis crenatis. *Hoffmann.* p. 30. *Tab. 4. fig. 1. 2. Tab. 5. fig. 3. 22.*

h. in sylvis copiose. Frutex.

caprea L., foliis ovatis rugosis, undatis, supra subpubescentibus, subtus tomentosis: stipulis tantum in superioribus: foliis subrotundis crenulatis. *Hoffmann.* p. 25. *Tab. 3. fig. 1. 2. Tab. 5. fig. 4.*

Var. foliis integerrimis aut antice ferratis.

h. in sylvis passim. Arbor.

POPULUS. *Tournef. Tab. 365. Linnæi. gen.*

n. 1531. Milleri Illustr. p. 409. Tab. 90.

Gaertner. 2. p. 56. Tab. 90.

Flores amentacei sexu distincti in separatis arboribus. Masc. Calyx duplex: exterior squamaeformis monophyllus margine lacero: interior infundibuliformis oblique circumscriptus. Stamina octo-sexdecim. Fem. Calyces ut in mare. Styli nulli. Stigmata 2-3-4, tri-quadrupartita. Cap-
fula

fula ovata vel globosa, bivalvis polysperma. Semina antice papposa.

alba L., foliis subrotundis angulato - dentatis, supra nudis nitidis, infra tomentosis.

Populus alba latifolia. *Lobel. ic. 2. p. 193.*

B. Populus alba folio minore. *J. Baub. hist. 1. p. 160.*

h. H. Arbor.

Forte species sunt distinctae: cum altitudine trunci, tum latitudine foliorum differunt. Eodem tempore, et eadem aetate horto sunt introductae. Illa vix altitudinem pedum duodecim, haec pedum viginti attingit. Cortex quoque magis exasperatur in B. quam in priori.

tremula L., foliis subrotundis dentato - angulatis, utrinque glabris: stigmatibus duobus tripartitis: capsulis ovatis.

h. in sylvis. Arbor.

nigra L., foliis glabris cordato - rhomboideis ferratis: ramis patulis: capsulis ovatis.

h. in sylvis. Arbor.

balsamifera L., foliis ovatis ferratis, subtus albidis: ferris obtusis apice glandulosis: staminibus plurimis: antheris rubris.

Var. *α.* foliis cordato - lanceolatis obtuse ferratis.

Populus foliis cordatis crenatis, basi nudis: petiolis terebibus. *Wachendorf. Ultraj. 294.*

β. foliis lato - lanceolatis obtuse ferratis.

h. H. Arbor

latifolia, foliis cordatis circumcirca crenatis petiolis eglandulosis. *Populus canadensis. Weissenst. Pflanzen Verzeichniss: p. 81.*

h. H. Fem. Arbor.

Obs. Truncus nudus. Rami juniores subangulati. Flores femine amenta flavo - viridia, uncia 5 - 3 longa. Calyx interior linea recta nec obliqua circumscriptus. Capsula globosa

bosa glabra, sex sulcata: sulcis tribus profundioribus: unilocularis trivalvis. Stigmata tria-quatuor, bipartita: apicem versus latiora margine fimbriata flavo viridia.

glandulosa, foliis cordatis crenatis, antice integris: petiolis apice glandulosis: ramis junioribus quinquangulatis. *Populus Carolinensis*. *Weissenst. Pfl. Verzeichnis. p. 81.*

h. H. Fem. Arbor.

Figura florum femineorum ut in antecedenti. Truncus vero magis ramosus est.

pyramidata, trunco e basi ramoso: ramis rectis: foliis cordato-rhomboideis serratis nudis. *Populus italica*. *Du Roi. 2. p. 141.*

h. H. Arbor.

CHRYSOSPLENIUM. *Tournef. Tab. 60. Linnaei gen. n. 763. Gaertner 1. p. 144. Tab. 44.*

Calyx quadri-raro quinquefidus, intus coloratus. Stamina octo, raro decem. Styli duo. Capsula seminifera: semibivalvis polysperma.

alternifolium L., caule erecto simplici tereti: foliis cordato reniformibus crenatis: radicalibus in caespitem congestis: calycibus terminalibus quadrifidis octandris. *Icon Oederi. Tab. 366.*

h. in humidis. In fossa diaboli prope Wehrda. Annua.

Var. Flore primordiali calyce quinquefido et staminibus decem.

oppositifolium L., caule decumbenti radicante: foliis subrotundis subcrenatis oppositis petiolatis: summis sessilibus, calycibus omnibus quadrifidis, octandris. *Icon Oederi. Tab. 365.*

h. in humidis. *Am Labnberg, am Weg nach Bauerbach. Perennis.*

LIQUIDAMBAR. *Linnaei Gen. n. 1452. Gaertner. 2. p. 57. Tab. 90.*

Flores amentacei sexu distincti in eadem stirpe. Masc. Involucrum tetraphyllum caducum. Stamina numerosa in globum dense compacta. Fem. Involucrum ut in mare. Calyx inverse pyramidatus angulatus uniflorus. Styli duo. Stigmata duo. Capsulae duae rostratae, introrsum dehiscentes polyspermae.

styraciflua L., foliis palmatis: lobis indivisis acutis.

h. H. Frutex.

ZANTHOXYLUM. *Linnaei gen. n. 1512. Gaertner. 1. p. 333. Tab. 68.*

Flores hermaphroditi, masculini et feminei in eadem, aut masc. et feminei in separatis stirpibus. Calyx quinquefidus: laciniis aequalibus deciduis. Stamina quinque vel sex calyce longiora. Ovarium ovatum. Stylus brevissimus. Stigmata tria capitata. Capsulae quinque introrsum dehiscentes: loculis monospermis.

clava berculis L., caule aculeato foliis pinnatis cum impari: pinnis ovato-oblongis, integerrimis, subpetiolatis: floribus axillaribus congestis: pedunculis brevibus. Zanthoxylum americanum. Milleri Dict. n. 2.

Obs. Flores nostratum omnes hermaphroditi.

h. H. Frutex.

CAPSULA BILOCULARIS.

MERCURIALIS. *Tournef. Tab. 308. Linnaei gen. n. 1534. Gaertner. 2. p. 114. Tab. 107.*

Flores sexu distincti in separatis plantis. Masc. Calyx tripartitus: laciniis ovato-lanceolatis. Stamina novem-quindecim:

decim: capillaria. Antherae didymae. Fem. Calyx ut in mare: Ovarium didymum bifidum. Stamina duo sterilia brevia ex ovarii sulcis profecta et adpressa. Styli duo. Stigmata quatuor. Capsula bicocca: loculis monospermis.

perennis L., radice perenni: caule simplicissimo inferne nudiusculo: foliis ovato-oblongis ferratis scabris. *Icon Oederi. Tab. 400.*

h. in sylvis. *Am Frauenberg. Am Rbinberg. prope Caldern.*

annua L., radice annua: caule brachiato folioso: foliis ovato-lanceolatis, glabris.

Mercurialis testiculata masc. et foem. *Morison II. Sect. 5. Tab. 34. fig. 1. 2.*

h. prope *Okershausen* in hortis. *Annua.*

PYXIDIUM.

ROEMERIA.

Flores sexu distincti in eadem planta. Masc. Calyx triphyllus membranaceus: foliolis oblongis obtusis. Stamina tria. Fem. Calyx monophyllus infundibuliformis ventricosus membranaceus quinquefidus: laciniis patentibus. Styli tres. Pyxidium uniloculare monospermum.

polygonoides, caule diffuso: foliis rhombico-ovatis, emarginatis, acuminatis subtus glaucis: glomerulis florum axillaribus: calycibus bracteis membranaceis subulatis cinctis. *Amaranthus polygonoides* Linn. *Willdenow. Hist. Amaranth. p. 11. Tab. 6. fig. 12. a et b.*

h. H. *Annua.*

Plantamcujus figura calycis fl. femin. et numerus staminum cum amarantibus nequit sociari.

In memoriam Cl. *Roemeri Medici Tigurensis.*

THE-

T H E C A.

FOTHERGILLA. *Linnaei gen. n. 922.*

Flores amentacei. Calyx monophyllus lateralis ovatus. Stamina plurima. Styli duo. Stigmata simplicia. Theca bilocularis immatura bisperma.

alnifolia L., foliis cuneatis antice ferratis, subtus incanis: calycibus tomentosis: ovariis hirsutissimis.

h. in frigidario. Arbor.

CALYX PERSISTENS BACCAM MENTIENS.

MOROCARPOS. *Ruppii Medicus Philos. Bot, I. p. 186. Blitum Linnaei. Gaertner. 2. p. -00. Tab. 126.*

Calyx trifidus. Stamen unicum. Styli duo. Semen unicum calyce carnosio fructifero colorato semitectum: calycibus connatis.

capitatus, foliis hastatis dentatis: floribus conglomeratis: summis aphyllis capitatis. *Blitum capitatum* Linn.

Atriplex mori fructu major. s. fragifera major. *Morison II. Tab. 32. Sect. 5. fig. 9.*

h. H. Annua.

foliosus, foliis hastatis dentatis floribus conglomeratis axillaribus foliis intertinctis. *Blitum virgatum* Linn.

Atriplex mori fructu minor: s. fragifera minor. *Morison II. Tab. 32. Sect. 5. fig. 2.*

h. H. Annua.

MORUS. *Tournef. Tab. 362. Linnaei gen. n. 1424. Gaertner. 2. p. 199. Tab. 126.*

Flores amentacei: nunc sexu distincti in separatis stirpibus: nunc in eadem stirpe. Masc. Calyx quadripartitus. Stami-

Stamina quatuor. Fem. Ovarium unicum. Styli duo. Semen unicum calyce succulento inclusum; calycibus connatis.

1. *Floribus androgynis.*

nigra L., foliis cordatis conformibus scabris ferratis.
Icon Blakwell. Tab. 126.

h. H. Arbor.

alba L., foliis cordatis et semilobis subscabris.

Morus candida. Dod. Penult. p. 810.

h. H. Arbor.

2. *Floribus dioicis.*

papyrifera L., foliis cordato ovatis, palmatisque, subtus piloso-pubescentibus, ferratis: amentis cylindricis: fructibus hispidis. Icon Kaempfer. Amoenitates exoticae p. 471.

h. H. Masc. Arbor.

rubra L., foliis cordatis scabris ferratis conformibus: amentis cylindricis.

h. H. Masc. Arbor.

DRUPA CARNOSA.

RHAMNOIDES. Tournef. Tab. 481. Hippophae

Linnaei gen. n. 1509. Gaertner. 2. p. 99.

Tab. 42.

Flores sexu distincti in separatis stirpibus. Masc. Calyx bipartitus. Stamina quatuor brevissima. Antherae longitudine calycis. Fem. Calyx bitidus deciduus. Stigma unicum crassiusculum. Drupa monosperma.

hippophae, foliis lineari-lanceolatis subtus sericeis punctis rubiginosis, integerrimis: floribus axillaribus. Hippophae rhamnoides Linn. Icon. Viborg. Tab. 5.

h. H. Frutex.

CELTIS. *Tournef. Tab. 283. Linnæi gen. n. 1591. Gaertner. 1. p. 374. Tab. 77. Scopoli. Diarium. Bot. Fasc. 7. p. 7.*

Flores hermaphroditi et masculi in eodem trunco. Calyx quinquefidus. Stamina quinque. Antheris quadrifidatis. Styli duo. Drupa globosa monosperma.

obliqua, foliis oblique ovatis ferratis acuminatis: floribus cæcatis: calyceibus cucullatis: staminibus planis basi intus circulo piloso cinctis. *Celtis occidentalis. Linn.*

h. H. Arbor.

ALATERNUS. *Tournef. Tab. 366. Medicus Philos. Bot. 1. p. 153. Rhamni species Linnæi.*

Flores sexu distincti in separatis truncis. Calyx urceolatus quinquefidus: laciniis æqualibus. Stamina 5 æqualia. Stylus unicus trifidus. Ovarium glandula immersum. Drupa globosa trisperma.

phylica, foliis ovatis crenatis acuminatis glabris coriaceis subtus lucidis perennantibus: floribus racemosis axillaribus. *Miller. dict. n. 1. Rhamnus alternus Linn.*

Obs. Stamina antheris sterilibus in omnibus floribus adsunt.

h. in frigidario. Frutex.

alpinus, foliis ovatis crenulatis rugosis utrinque glabris: floribus axillaribus ternis: pedunculis unifloris. *Rhamnus alpinus. Linn.*

Rhamnus inermis foliis ovatis crenulatis. *Haller. Hist. n. 823. Tab. 40.*

Variat. Foliis ovatis et subrotundis. In hac specie ut in præcedente, flores universi stamina quinque antheris sterilibus sunt instructi.

h. H. Frutex.

DRU-

DRUPA CORTICOSA.

DICHOTOPHYLLUM. *Dillen. gen. p. 91. Tab. 3.*

Ceratophyllum. Linnæi gen. n. 1439. Gaertner. 1. p. 212. Tab. 44.

Flores sexu distincti in eadem planta. Masc. Calyx multipartitus. Stamina numerosa. Fem. Calyx ut in mare. Stigma sessile crassum. Drupa spinosa, spinis tribus mollibus armata: monosperma.

demersum. foliis verticillatis, dichotomis, partitis, spinosis: floribus axillaribus sessilibus. Ceratophyllum demersum. Linn. Hyd. oceratophyllum. Vaillant. Act. Paris. Ed. Germ. 1719. p. 299. Icon. Tab. 15.

h. in aquis stagnantibus: frequens *Im Schützenpfl.*

TEREBINTHUS. *Tournef. Tab. 345. Jussieu gen.*

Pl. p. 409. Pistaciae species. Linnæi

Flores sexu distincti in eadem aut in separatis stirpibus. Masc. Calyx quinquefidus minimus. Stamina quinque. Antherae tetragonae. Fem. Calyx trifidus minimus. Styli tres. Stigmata crassiuscula. Drupa ovata monosperma.

lentiscus, foliis abrupte pinnatis: pinnis lanceolatis acuminatis: petiolis alatis. Pistacia lentiscus. Linn.

h. in Frigidario. Frutex.

Obs. Racemi florales feminei axillares gemini erecti. Stigmata quae Linnæo hispida, habeo crassiuscula reflexa rubella nec hispida.

ANTRUM CARNOSUM.

ARUM. *Tournef. Tab. 69. Linnæi gen. n.*

1387. Gaertner. 2. p. 19. Tab. 84. Milleri

Illustr. p. 380. Tab. 76.

Flores spathacei: spatha monophylla ventricosa, basi convoluta, interne colorata. Spadix clavatus vel cylindricus,

cus, apice nudus, in medio antheris tetragonis sessilibus reclusus: infra cirrhi duplici ordine: basi ovaria numerosa. Stigmata simplicia villosa. Antrum uniloculare carnosum globosum. Semina pauca subglobosa.

dracunculus L., foliis pedatis: laciniis lanceolatis integerrimis: spadice cylindrico.

h. H. Perennis.

maculatum L., acaule: foliis hastatis integerrimis: spadice clavato. *Icon. Oederi. Tab. 505.*

h. in umbrosis humidiusculis sylvarum, copiose *am Rbinberg* prope Caldern. Perennis.

CALLA. *Linnaei. gen. n. 1388. Gaertner. 2. p. 20. Tab. 84.*

Flores spathacei. Spatha monophylla cordata patentiuscula colorata. Masculi flores femineis intermixti, et in superiore spadice parte congesti. Stamen unicum compressum. Anthera depressa. Stylus brevissimus. Stigma acutum. Antrum pluriloculare angulatum turbinatum.

moschata, foliis sagittato-cordatis: spatha alba cucullata: spadice superne floribus masculis recluso. *Calla aethiopica. Linn.*

Arum aethiopicum flore albo odorato moschum olente. *Com. hort. 1. p. 95. Tab. 50.*

h. in caldario. Perennis.

RECEPTACULUM CARNOSUM.

FICUS. *Tournef. Tab. 420. Linnaei gen. n. 1613. Gaertner. 2. p. 66. Tab. 91. Jussieu Gen. Pl. p. 439.*

Flores sexu distincti in receptaculo carnosum turbinato. Masc. Calyx tripartitus. Stamina tria. Fem. Calyx quinque

quepartitus. Stylus unicus. Stigmata duo.

carica L., foliis palmatis.

h. in frigidario.

lancifolium, foliis lanceolatis integerrimis; petiolatis: pedunculis aggregatis. *Ficus indica*. Linn.

h. in caldario. Arbor.

O V A R I U M I N F E R U M.

P E R I C A R P I U M.

QUERCUS: *Tournef. Tab. 394. Linnaei gen. n. 1447. Gaertner. 1. p. 182. Tab. 37.*

Flores amentacei sexu distincti in eodem trunco. Masc. Amentum laxum. Calyx subquinquefidus. Stamina plurima. Fem. Flos gemmiformis. Involucrum monophyllum integerrimum: Calyx minimus sexfidus. Stylus unicus. Stigmata tria. Pericarpium ovatum monobispermum, involucrio persistenti indurato pelviformi basi insidens.

1. *Foliis persistentibus.*

suber L., foliis ovato-oblongis, subtus tomentosis, dentatis: dentibus acuminatis: cortice rimoso fungoso. *Icon Blakwell. Tab. 193.*

h. in frigidario. Arbor.

esculus L., foliis oblongis pinnatifidis: laciniis lanceolatis breviter acuminatis, remotis, postice angulatis.

h. H. Arbor.

cerris L., foliis oblongis lyrato-pinnatifidis: laciniis transversis acutis, subtus subtomentosis: stipulis fasciculatis filiformibus.

h. H. Arbor.

2. *Foliis annuis.*

pinus L., foliis oblongis, utrinque attenuatis, sinuato-dentatis: dentibus uniformibus rotundatis: nervis subtus pubescentibus. *Du Roi. 2. p. 276. Icon Folia Tab. 6. fig. 3.*

h. H. Arbor.

rubra L., petiolis nervisque rubris: foliis ovato-oblongis, obtuse sinuatis, setaceo mucronatis. *Du Roi 2. p. 265. Icon Folia Tab. 5. fig. 2.*

h. H. Arbor.

robur, fructibus subsessilibus: foliis petiolatis oblongis superne latioribus: sinibus acutioribus: angulis obtusis. *Du Roi 2. p. 237.*

h. in sylvis. Arbor.

pedunculata, fructibus pedunculatis: foliis oblongis pinnato-sinuatis, subpetiolatis. *Ehrhart Arb. 77. Quercus foeminea. Du Roi. 2. p. 240.*

h. in sylvis. Arbor.

Aegylops L., foliis ovato-oblongis glabris, serrato-dentatis.

h. H. Arbor.

S Y M P H I O S T E M O N.

CALYX CARNOSUS BACCAM MENTIENS.

EPHEDRA. *Tournef. Tab. 477. Linnaei gen.*

n. 1544. Jussieu Gen. Plant p. 351.

Flores amentacei masculi et feminei in distinctis stirpibus. Masc. Calyx bifidus. Stamina in columnam coalita: saepius antheris septem, quorum quatuor laterales, tres terminales. Fem. Calyx quintuplex, singulus bipartitus: alter inter alterum, laciniis decussatis, prominulus, sensimque maior. Ovaria duo. Calyx incrassatus succulentus femina duo obtegens.

dist.

distachya L., pedunculis oppositis: amentis geminis.

Tragum Camerar. hort. p. 171. Icon. Tab. 46.

h. H. Fratex.

A. Stamina antheraeque libera.

B. Ovarium superum.

1. Flos calycatus polyphyllus.

PERICARPIUM MONOSPERMUM
UNILOCULARE.

SCIRPUS. Tournef. Tab. 300. Gaertner. I.
p. 10. Tab. 2. Linnaei species.

Flores glumosi Spiculae teretes] subcompressae, undi-
que imbricatae. Calyx: glumatri-quadrivalvis. Stamina tria.
Stylus unicus. Stigmata tria. Pericarpium basi villis cinctum.

palustris L., culmo tereti nudo: spica oblonga termi-
nali: radice articulata subrepenti. Leers Herborn n. 34. Tab.
1. fig. 3. Icon Oederi. Tab. 273.

h. vulgaris in udis. Perennis.

compressus, radice fibrosa non repenti: culmo nudo caes-
pitoso subcompresso erecto setiformi: spiculis terminalibus so-
litaris subglobosis nudis; staminibus duobus tribusve: stylo
bifido. Ehrhart Beytr. 5. p. 155.

Scirpus capitatus. Schreber. Spiculeg. n. 1066. Rotb
Tentamen Fl. Germ. 2. p. 54. Kroker Fl. Siles. 1. p. 66.

Iuncus clavatus minor capitulis rotundioribus. Mori-
son 3. p. 233. Sect. 8. Tab. 10. fig. 34.

h. in limo humido prope Heskamp. Annua.

lacustris L., culmo tereti nudo orgyali, spicis ovatis
pluribus pedunculatis terminalibusque.

h. in piscinis Im Lambertsbäuser Teich. Perennis.

cari-

caricis, culmo nudo subtriquetro: spica disticha involucrata: involuero monophyllo. *Roth. Fl. Germ.* 2. p. 56.

Schoenus compressus Linn. *Leers Herborn.* n. 32. Tab. 1. fig. 1.

h. in pratis uliginosis in der Lummersbach prope dem Neubof. Perennis.

maritimus L., culmo erecto triquetto folioso: spiculis nigro-fulcis teretibus conglobatis: sessilibus pedunculatisque: involucribus tribus inaequalibus.

Cyperus panicula compacta e spicis teretibus crassioribus compacta. *Scheuchz. Agr.* p. 400. Tab. 9. fig. 9, 10.

h. H. Perennis.

Obs. Calyx trivalvis valvula exteriori ovata maxima aristata, interioribus ovatis acutis. Radix repens tuberibus ovatis zonis imbricatis.

sylvaticus L., culmo triquetto erecto folioso: umbella foliacea ramosissima: spiculis ovatis confertis. *Leers Herborn.* n. 36. Tab. 1. fig. 4. *Icon. Oederi.* Tab. 307.

h. frequens in uliginosis. Perennis.

MARISCUS. *Halleri, Hist.* 2. p. 179.

Flores glumosi. Spiculae undique imbricatae. Calyx gluma trivalvis. Stamina tria. Stylus unicus. Stigmata tria. Pericarpium nudum, seu villis basin versus destitutum.

acicularis, culmo nudo tereti filiformi: foliis setaceis mollibus: spica nuda terminali solitaria pauciflora. *Scirpus acicularis* Linn.

Scirpus minimus capitulis equiseti. *Morison.* 3. p. 234. *Seft.* 8. Tab. 10. fig. 37.

h. in locis inundatis frequens prope Cosfelden. Annua.

setaceus, culmo nudo setaceo: spiculis lateralibus subsolitariis sessilibus pedunculatisque. *Scirpus setaceus* Linn. *Leers Herborn.* n. 35. Tab. 1. fig. 6. *Icon Oederi* Tab. 311.

Variat

Variat spiculis terminalibus subternis mucrone longitudine spicularum vel longiori. *Rottböll descript. Pl. p. 47. Icon, Tab. 15. fig. 5. 6.*

h. frequens in locis inundatis, humidis. Perennis

QUERIA. *Linnaei gen. n. 141. Gaertner. 2. p. 217. Tab. 128.*

Calyx pentaphyllus persistens: foliolis oblongis, intus fornicatis, margine membranaceis. Stamina duo. Stigmata duo sessilia. Pericarpium globosum.

dichotoma, caule dichotomo articulado: foliis lanceolato-linearibus, obtusis, oppositis, impunctatis: floribus axillaribus, pedunculatis, solitariis ternisve. *Queria canadensis. L. Diar. Bot. Fasc. 8. p. 3.*

h. H. Perennis.

URTICA. *Tournef. Tab. 308. Linnaei. gen. n. 1422. Gaertner. 2. p. 183. Tab. 119. Swartz Obs. Bot. p. 355.*

Flores sexu distincti in eadem, vel in separatis plantis. Masc. Calyx tetraphyllus: foliolis aequalibus. Stamina quatuor aequalia. Glandula cyathiformis centralis. Fem. Calyx tetraphyllus persistens: foliolis duobus exterioribus minoribus, duobus interioribus majoribus. Stigma sessile villosum. Pericarpium membranaceum fragile. Semen unicum oblongum acutum compressum.

pilulifera L., foliis oppositis ovatis serratis: amentis fructiferis globosis. *Milleri Illustr. p. 386. Tab. 79.*

Urtica urens pilulas ferens semine lini. C. Baub. Morison. III. p. 445. Sect. 11. Tab. 25. fig. 5.

h. H. Annua.

cordifolia, foliis oppositis cordatis serrato-dentatis: amentis fructiferis globosis: caule petiolisque rubellis.

Urri-

Urtica balearica. Linn. Icon Blakwell. Tab. 321. fig. 1.
h. H. Annua.

Dodartii L., foliis oppositis ovatis, subserratis: amen-
tis fructiferis globosis. Icon Blakwell. Tab. 321. fig. 2.
h. H. Annua.

minor. foliis oppositis ovatis serrato-dentatis: floribus
racemosis.

Urtica urens Linn. Icon Oederi. Tab. 739.

h. ubique in cultis. Annua.

dioica L., floribus dioicis: foliis oppositis cordato-lan-
ceolatis, serratis: floribus racemosis: racemis quaternis. Icon
Oederi. Tab. 746.

h. cum priori. Perennis.

cannabina L., foliis oppositis tripartitis: laciniis lan-
ceolatis incis: racemis quaternis: stipulis quatuor lanceola-
tis: caule tetragono angulis rotundatis.

h. H. Perennis.

aestuans L., caule tereti: foliis ovatis serratis alternis:
floribus masculis pedunculatis solitariis, femineis sessilibus:
glandula centrali nulla: calycibus apice ciliatis.

Variat: calycibus masculinis pentaphyllis, tunc stamina 5.

h. H. Annua.

nivea L., foliis alternis rotundatis utrinque acutis ser-
ratis subtus lanuginosis niveis.

h. H. Perennis.

ATRIPLEX. Tournef. Tab. 286. Linnaei gen.

n. 1577. Gaertner. I. p. 361. Tab. 75.

Flores hermaphroditi, masculi et feminei in eadem plan-
ta. Hermaphroditus calyx pentaphyllus: stamina quin-
que: stylus bifidus: stigmata duo. Masc. Calyx et sta-
mina ut in flore hermaphrodito. Feminus calyx diphyllus
per-

persistens semen unicum lenticulare pericarpio cuticula membranacea fragili, et calyce dentato, tectum.

balimus L., caule fruticoso: foliis glaucis nitentibus: deltoideis, integris.

h. H. Frutex.

hortensis L., caule erecto herbaceo: foliis triangularibus.

B. Varietas rubra.

h. H. Annua.

bastata L., caule herbaceo diffuso: foliis triangularibus, basi producta, calycibus seminiferis magnis deltoideis sinuatis.

Atriplex sylvestris annua: folio deltoide triangulari sinuato et mucronato hastae cuspidis simili. *Morison III. p. 607. Sect. 5. Tab. 32. fig. 14.*

h. ad sepes, frequens prope *Koelbe*. Annua.

patula L., caule herbaceo erecto: foliis imis hastatis: reliquis subdeltoideo-lanceolatis, dentatis integrisve: calycibus seminiferis disco dentatis.

Atriplex foliis imis hamatis: reliquis lingulatis: valvulis seminalibus dentatis. *Halleri helv. 2. n. 1616.*

h. in cultis et ruderatis frequens. Annua.

monoica, floribus monoicis: foliis deltoideis dentatis subtus incanis: calycibus fructiferis margine dorsoque dentatis.

Atriplex rosea, caule herbaceo: foliis incanis ferratis: fructibus quadrangularibus dentatis. *Lin. syst. veg. 4. p. 323. Pollich. Pal. n. 941. Haller. Goett. p. 19.*

Atriplex sylvestris fructu roseo, vel stellato. *C. Bauh. prod. p. 58.*

Radix annua. Caulis bipedalis ramosus levis farinaceus. Rami patuli alterni. Folia petiolata alterna glabra, supra levia, subtus laminulis farinaceis adspersa, deltoidea, dentata, acuminata. Calyx floris masculi pentaphyllus foliolis obtusis. Stamina quinque basi laeviter cohaerentia: an-

therae subdidymae flavae. Calyx floris feminei diphyllus lato-ovatus acutus, margine acute dentatus, dorso subgibbus, cum lamina foliacea, apice dentata, utrinque adnata. Pericarpium de more congenerum.

h. H. Annua.

litoralis L., caule herbaceo erecto: foliis omnibus linearibus.

Var. foliis integris et dentatis.

h. H. Annua.

LAPATHUM. *Halleri Rumex. Linnaei. Gaertner. 2. p. 178. Tab. 119. Acetosa Tournef. Tab. 287.*

Flores hermaphroditi. Calyx hexaphyllus persistens: foliolis tribus exterioribus patentibus: tribus interioribus conniventibus, aut nudis aut dorso glandula notatis. Stamina sex aequalia. Styli tres. Stigmata tria plumosa. Pericarpium triquetrum calycis foliolis interioribus tectum.

1. *Calycibus integris, glandula notatis.*

sanguineum, foliis cordato-lanceolatis rubro venosis: calycis foliolis duobus interioribus glandula rubra notatis. *Rumex sanguineus* L. *Icon Blakwell. Tab. 492.*

h. H. Perennis.

bartense, foliis ovato-lanceolatis: calycis foliolum unicum interius glandula tectum. *Rumex patientia* L. *Icon Blakwell. Tab. 489.*

h. H. Perennis.

lienne, foliis lanceolatis: calycibus interioribus omnibus glandula tectis: floribus paniculatis.

Radix biennis intus crocea. Caulis erectus tripedalis leviter striatus, rubello-viridis. Vaginae membranaceae aridae longitudine petiolorum. Folia alterna petiolata, integra, glabra, laevia, acuta.

Flo-

Flores terminales spicato - paniculati: spicae verticillatae: verticilli subnudi multiflori. Pedicelli capillares. Calycis foliola exteriora linearia patentia brevissima: interiora ovata, rubella. Stamina antheraeque alba. Stigmata plumosa alba.

An Rumex Britanica Linn? quocum demta duratione convenit.

h. H.

crispum, foliis crispis: imis ovatis: supremis lanceolatis: calycis foliolis ovatis obtusis, glandula rubella notatis. *Rumex crispus* L.

h. ad margines fossarum, inque pratis humidis. Perennis.

virgatum, ramis patentibus: verticillis conglomeratis remotis, reflexis: foliis lanceolatis subundatis: calycis foliolis oblongis, glandula aurantiaca notatis. *Rumex nemolapathum*. Linn. suppl. p. 212. Haenkens Bot. Beob. p. 39°

h. in fossis exliccatis humidiusculis. copiose prope Gieselberg ad viam regiam. Perennis.

arborescens, caule arboreo: foliis subcordatis obtusis carnosis integerrimis. *Rumex lunaria* Linn.

h. in frigidario.

2. Calycibus dentatis, glandula tectis.

persicarioides, caule ramosissimo: ramis divaricatis: foliis imis cordato-lanceolatis: summis lanceolatis margine undatis: verticillis remotis foliaceis: calycibus interioribus utrinque tridentatis omnibus glandula tectis. *Rumex persicarioides* Linn.

h. H. Perennis.

rubellum, caule rubello diffuso striato glabro: foliis lanceolatis integris margine undulatis: verticillis remotis: floribus congestis: calycibus rubellis, dentato-setaceis: omnibus graniferis.

h. H. Annua.

Ab Rumice aegyptiaco *Linn.* differt calycinis foliolis omnibus, nec unico graniferis: ab Rumice dentato fetis calycis.

maritimum, caule erecto: ramis rectis: foliis lineari-lanceolatis integerrimis: verticillis multifloris: imis remotis supremis contiguis. *Rumex maritimus Linn. Haenke Bot. Beob. p. 37.*

Calycis foliolis interioribus bi-tridentatis dentibus fetaceis: omnibus glandula notatis.

h. frequens prope Heskamp in pratis humidis. *Annua.*

acutum, foliis omnibus acutis: imis cordato-oblongis: summis lanceolatis: calycibus dentatis graniferis. *Rumex acutus Linn. Icon Blakwell. Tab. 491.*

h. ad margines fossarum, in pratis subhumidis, in ruderatis circa pagos. *Perennis.*

obtusifolium, foliis omnibus obtusis: imis cordato-oblongis obliquis, crenulatis: summis lanceolatis: calycibus dentatis graniferis. *Rumex obtusifolius. L.*

h. cum antecedenti. *Perennis.*

bucephalophorum, foliis integerrimis: imis ovatis in petiolum decurrentibus: supremis lineari-lanceolatis: floribus ternis: pedicellis planis reflexis incrassatis: fructiferis caule adpressis. *Rumex bucephal. Linn.*

h. H. *Annua.*

3. Calycibus integerrimis eglandulosis.

aquaticum, foliis imis cordatis: reliquis lanceolatis: spicis verticillatis aphyllis: calycis foliolis tribus interioribus ovatis obtusis. *Rumex aquaticus L. Blakwell. Tab. 490.*

h. passim ad ripas Lahnae ad viam Wehrdam versus. *Perennis.*

vesicarium, foliis subcordatis triangularibus: floribus geminatis: calycis foliolis membranaceis maximis. *Rumex vesicar. Linn.*

Aceto.

Acetosa americana foliis longissimis pediculis donatis.
Morison III. Sect. 5. Tab. 28. fig. 7.

h. H. Annua.

scutarum, foliis cordato hastatis: caule tereti. *Rumex scutatus. Linn. Icon Blakwell. Tab. 306.*

h. H. inque muris arcis. Perennis.

ACETOSA. *Tournef. Rumex. Linn.*

A priori differt floribus sexu distinctis in eadem, vel in separatis plantis.

alpina, foliis cordatis obtusis rugosis: floribus superioribus masculis: calycis foliolis integerrimis nudis: verticillis dense spicatis.

Rumex alpinus. Linn.

h. H. Perennis.

pratensis, caule simplici: foliis oblongis, sagittatis, obtusis: floribus dioicis. *Rumex acetosa. Linn. Icon Blakwell. Tab. 230.*

h. frequens in pratis et hortis. Perennis.

hastata, caule ramoso: foliis hastato-lanceolatis acuminatis: floribus dioicis. *Rumex acetosella. Linn. Icon Blakwell. Tab. 307.*

h. copiose in locis siccis graminosis. Perennis.

PLATANUS. *Tournef. Tab. 363. Linnæi gen. n. 1451. Gaertner. 2. p. 57. Tab 92. Jusseu gen. Pl. p. 450.*

Flores amentacci globosi, sexu distincti in eadem arbore. Male. Calyx squamiformis tri-tetraphyllus. Stamina numerosa. Antherae longae tetragonae: Fem. Calyx ut in mare. Ovarium unicum pedicellatum. Stigma sessile incurvum. Pericarpium clavatum monospermum.

pal-

palmata, foliis palmatis basi adtenuatis subtus glabris.

Platanus orientalis. Linn.

h. H. Arbor.

lobata, foliis lobatis basi obtusis, subtus sublanatis.

Platanus occidentalis L.

h. H. Arbor.

Figura foliorum in utrisque valde variat, ita ut negotium non facile est, has species ab se invicem distinguere. Basis vero foliorum petiolum versus optimum praebet characterem distinctivum.

CAPSULA SOLITARIA TRILOCULARIS.

DODONAEA. *Linnaei gen n. 654. Jussieu Gen.*

Pl. p. 412.

Flores masculi et feminei in eadem stirpe. Calyx masculinus tetra-penta-hexaphyllus: foliolis lanceolatis concavis obtusis. Stamina 5-10 brevissima. Antherae erectae, staminibus longiores. Ovarium trigonum. Stylus unicus brevis. Stigma nullum. Flos femineus. Calyx pentaphyllus foliolis ut in mare. Ovarium trigonum glabrum. Stylus unicus. Stigmata tria simplicia. Capsula ovata trigona alata, membranacea, glabra, trivalvis: loculis monospermis, uno abortiente. Semina globosa.

lucida, foliis lucidis persistentibus, oblongis integerrimis, glabris, alternis obtusis: racemis terminalibus: pedunculis unifloris bracteatis: calycibus intus viscidis. *Dodonaea viscosa*. Linn.

Carpinus viscosa foliis integro oblongo. *Burm. Zeyl. p. 55. Tab. 23.*

h. in caldario. Frutex.

PYXIDIUM.

BLITUM. *Tournef. Tab. 288. Amaranthus* Linn.

Flores sexu distincti in eadem planta. Masc. Calyx tri-pentaphyllus, decolor aut coloratus. Stamina tria. Fem. Calyx

Calyx maris. Styli tres. Pyxidium uniloculare monospermum.

græcizans, caule adscendenti: foliis obovatis emarginatis subundulatis: glomerulis axillaribus: calycibus viridibus. *Willdenow. Amaranthus græcizans. p. 8. Icon. Tab. 4. fig. 7.*

h. H. Annua.

viride, caule erecto tetragono angulis obtusis: foliis subrotundo-ovatis emarginatis: glomerulis axillaribus: calycibus viridibus longe mucronatis. *Amaranthus viridis Willd. p. 9. Icon Tab. 1. fig. 2.*

h. H. Annua.

melancholicum, caule erecto: foliis coloratis ovato-lanceolatis: glomerulis axillaribus pedunculatis subrotundis. *Amar. melancholicus. Willd. p. 15. Icon. Tab. 9. fig. 18.*

h. H. Annua.

gangeticum, caule erecto: foliis ovatis emarginatis utrinque adtenuatis, subtus coloratis: glomerulis ovatis brevissime spicatis. *Amar. ganget. Willdenow. p. 16. T. 6. f. 11.*

Variat foliis ecoloratis.

h. H. Annua.

oleraceum, caule erecto: foliis oblongis profunde emarginatis, rugosis obtusis: glomerulis axillaribus ramosis. *Amar. oleraceum. Willd. p. 17. Tab. 5. fig. 2.*

Folia pallide viridia.

h. H. Annua.

lividum, caule erecto atro-rubenti: foliis ellipticis retusis: glomerulis truncatis, subspicatis. *Amaranthus lividus. Willd. p. 20. Tab. 1. fig. 1.*

h. H. Annua.

AMARANTHUS. *Tournef. Tab. 118. Linnæi*

species. Willdenow. Hist. Amaranthorum.

Ab Genere antecedenti differt. Calyce constanter pentaphyllo, et staminibus quinque.

byri-

hybridus L., racemis decompositis, erectis congestis: foliis ovato-lanceolatis. *Willdenow.* p. 26. *Tab. 9. fig. 17.*

Variat caule viridi rubroque. Racemis viridibus aut rubris.

h. H. Annua.

cruentus L., racemis decompositis patulis: foliis lanceolato-ovatis, mucronatis obtusis. *Willdenow.* p. 29.

h. H. Annua.

hypochondriacus L., racemis compositis erectis confertis: foliis oblongo-ovatis acutis mucronatis. *Willdenow.* p. 30.

Caulis et rami rubri: folia rubro-viridia.

h. H. Annua.

sanguineus L., racemis compositis erectis, inferne patentibus: foliis oblongis acutis mucronatis. *Willdenow.* p. 31. *Tab. 2. fig. 3.*

h. H. Annua.

paniculatus L., racemis compositis patentibus, confertis pubescentibus: foliis ovato-lanceolatis, acutis, acuminatis. *Willdenow.* p. 32. *Tab. 2. fig. 4.*

h. H. Annua.

retroflexus L., racemis supradecompositis, patentibus, pubescentibus: caule erecto flexuato villosa: foliis ovatis subundulatis: nervis subtus pubescentibus. *Willdenow.* p. 33. *Tab. 11. fig. 21.*

h. H. Annua.

flavus L., racemis compositis nutantibus viridibus, femine maturo flavescentibus: caule subflexuoso: foliis ovatis subundulatis acuminatis. *Willdenow.* p. 35. *Tab. 3. fig. 6.*

h. H.

caudatus L., racemis decompositis rubris pendulis: foliis ovatis: seminibus rubescentibus. *Willdenow.* p. 36.

h. H. Annua.

spinosus L., racemis compositis erectis: foliis ovato-lanceolatis: axillis spinosis. *Willdenow.* p. 38. *Tab. 4 f. 8.*

h. H. *Annua.*

DRUPA CARNOSA.

PHOENIX. *Gaertner.* 1. p. 23. *Tab. 9.* *Linnaei gen. n. 1694.*

Flores sexu distincti in separatis truncis. Spatha universalis. Masc. Calyx hexaphyllus. Stamina tria. Fem. Calyx maris. Stylus unicus. Drupa ovata monosperma. Semen oblongum sulco longitudine exaratum.

dactylifera L., frondibus pinnatis erectis: pinnis complicatis entiformibus.

h. in caldario.

DRUPA CORTICOSA.

SPARGANIUM. *Tournef.* *Tab. 302.* *Linnaei gen. n. 1452.* *Gaertner.* 1. p. 75. *Tab. 19.*

Flores sexu distincti in eadem planta: amentis separatis globosis: masculis superioribus: femineis inferioribus. Masc. Calyx triphyllus. Stamina tria. Fem. Calyx hexaphyllus. Sutura unam, duove. Drupa spongiosa unilocularis monosperma.

erectum L., foliis erectis triquetris: caule superne flexuoso. *Leers Herb. torn. n. 726. Tab. 13. fig. 11.*

Sparganium ramosum. *C. Baub. Morison III. Sect. 8. Tab. 13. fig. 1.*

h. in fossis, aquis stagnantibus, et ad ripas fluminum. *europaeum Schuzenpfl.* Perennis.

MYRICA. *Linnaei gen. n. 1510. Gaertner I.*
p. 190. Tab. 39.

Flores amentacei sexu distincti in separatis stirpibus. Masc. Calyx bi-tetraphyllus. Stamina quatuor. Fem. Calyx monophyllus. Styli duo. Drupa corticosa spongiosa monosperma.

cerifera L., foliis lanceolatis subserratis, utrinque glabris: amentis sessilibus: caule fruticoso.

h. H. Fem.

Calyx ovatus obtusus concavus punctis resinosis adpersus.

MYRIOPHYLLUM. *Vaillant. Act. Paris. 1719,*
Tab. 15. fig. 3. Linnaei gen. n. 1440.

Flores sexu distincti in eadem planta. Masc. Calyx tetra-hexaphyllus: foliolis inaequalibus. Stamina octo. Fem. Calyx maris. Ovaria quatuor et stigmata sessilia. Drupae quatuor monospermae.

spicatum L., foliis verticillatis pinnatis: pinnis setaceis integris: floribus spicatis: masculis superioribus: calycibus masculis hexaphyllis, femineis tetraphyllis. *Icon Oederi Tab. 68t.*

Leers Herborn. floribus tribuit calycem duplicem triphyllum et corollam tetrapetalam, quae vero mihi nunquam visa sunt.

h. frequens in aquis stagnantibus. *Im Schützenpfuhl.*

O V A R I U M I N F E R U M.

P E R I C A R P I U M.

CHARA. *Vaillant. Act. Paris. p. 332. Tab. 16.*

Linn. gen. n. 1397. Gaertner. 2. p. 25. T. 84.

Flores sexu distincti in eadem planta. Masc. Calyx et corolla nulla. Antherae globuli sessiles juxta ovaria. Fem. Calyx

Calyx tetra-pentaphyllus: ovarium turbinatum: striis quinque spiralibus insculptum. Pericarpium polyspermum.

vulgaris L., caulibus levibus fragilibus: frondibus interne dentatis. *Icon Vaillant l. c. Tab. 16. fig. 1.*

h. in aquis stagnantibus. *Bey dem Afföller.*

CAPSULA UNILOCULARIS.

CANNABINA. *Tournef. Tab. 488. Datifca.*

Linnaei gen. n. 1543. Gaertner. I. p. 147.

Tab. 30.

Flores sexu distincti in separatis plantis. Masc. Calyx pentaphyllus: foliolis linearibus aequalibus. Stamina tredecim-quindecim brevissima. Antherae calyce longiores. Fem. Calyx bidentatus persistens. Styli tres bipartiti. Stigmata villosa. Capsula rotundate tri-pentagona, evalvis, apice foramine hians.

h. is, caule levi: foliis pinnatis: pinnis petiolatis lanceolatis dentatis, utrinque glabris: floribus masculis axillaribus racemosis: racemis foliis brevioribus: bracteis linearibus: floribus longioribus. *Datifca cannabina. Linn.*

Cannabis lutea fertilis et sterilis. Morison III. Sect. II. Tab. 25. fig. 3-4.

h. H. Masc. Perennis.

SYMPHIOSTEMON.

SAMARA.

PINUS. *Tournef. Tab. 355. Linnaei. gen. n.*

1456. Gaertner. 2. p. 59. Tab. 91. Milleri

Illustr p 129 Tab. 82. Abies. Jussieu. Gen.

Pl. p. 454.

Flores amentacei sexu distincti in eodem trunco. Masc. Calyx squamiformis, tri-tetraphyllus. Stamina plurima in memb-

membrana connata. Fem. Calyx ut in mare biflorus. Stylus unicus. Receptaculum strobilus. Samara mono-bisperma unilocularis.

1. *Foliis deciduis.*

Larix L., foliis fasciculatis obtusis: conis ovatis.

h. H. Arbor.

laricina, foliis fasciculatis acuminatis: conis minimis subglobosis: squamis laxis orbiculatis glabris. *Du roi.* 2. p. 83. *Icon Tab.* 3. fig. 5. 6. 7.

h. H. Arbor.

2. *Foliis perennantibus solitariis et basi distinctis.*

picea L., foliis solitariis emarginatis conis oblongis erectis.

h. in sylvis. prope *Michelbach*. Arbor.

balsamea L., foliis subemarginatis subtus linea duplici notatis: conis ovato-oblongis erectis.

h. H. Arbor.

abies L., foliis subulatis bifariam versis: conis oblongis pendulis.

h. in sylvis. *Am Lahnberg nach dem Frauenberg zu.* Arbor.

tetragona, foliis sparsis tetragonis glaucis acutis: conis ovato-oblongis pendulis. *Pinus glauca.* *Weiss. Pfl.* p. 73. *Pinus canadensis* *Du Roi.* 2. p. 124. *Miller dict.* n. 4. *Hirschfeld Garten Kalender.* 1784. p. 290.

h. H. Arbor.

3. *Foliis perennantibus pluribus ex eadem basi vaginali.*

sylvestris L., foliis geminis, convexo-concavis: conis pyramidatis.

h. in

h. in sylvis prope *dem Kerzhäuser Hof*. Arbor.

pumilio, foliis geminis acutis: acaulis: ramis sparsis, confertis adscendentibus: radice profunde descendente ramosa obliqua. *Haenkens Obs. Bot. p. 68.*

h. H. Frutex.

Taeda, foliis ternis divaricatis: conis ovalibus solitariis et geminis: squamis laxis. *Du roi. 2. p. 48.*

h. H. Arbor.

Cembra L., foliis geminis levibus: conis ovatis erectis. *Du roi 2. p. 51.*

h. H. Arbor.

strobilus L., foliis quinis apicem versus crenulatis: conis cylindricis curviusculis geminis pendulis: cortice levissimo.

h. H. Arbor.

Cedrus L., foliis confertis pluribus acutis: cortice levi: conis ovatis obtusis erectis. *Du roi. 2. p. 84.*

h. H. Arbor.

BACCA SPURIA.

RUSCUS. *Tournef. Tab. 15. Medicus fam. Malv. p. 73. Linnaei Species.*

Flores androgyni in separatis plantis. Calyx hexaphyllus. Stamina in tubum connata. Antherae tres. Stylus unicus. Stigma obtusum. Bacca carnosae: loculis tribus monospermis.

aculeatus L., foliis ovato-lanceolatis pungentibus, supra floriferis nudis: petiolis brevissimis vaginosis.

Ruscus matthioli. *Morison III. Sect. 13. Tab. 5 fig. 1.*

h. H. Fruticulus sempervirens.

Hypoglossum L., foliis ovatis supra floriferis foliolo tectis. *Icon Blakwell. Tab. 123.*

h. H. Fruticulus sempervirens.

RECEPTACULUM CARNOSUM DRUPAM
MENTIENS.

TAXUS. *Tournef. Tab. 362. Linnaei gen. n.*
1553. *Gaertner. 2. p. 65. Tab. 91.*

Flores sexu distincti in separatis stirpibus. Masc. Calyx polyphyllus squamaeformis. Stamina in membranam connata et receptaculo inserta. Antherae plures polline effuso peltatae margine octofido. Fem. Calyx ut in mare. Ovarium unicum. Stigma unicum sessile. Receptaculum apice pervium monospermum.

baccata L., foliis linearibus sempervirentibus acutis sparsis: floribus masculis axillaribus. *Icon Blakwell. T. 572.*
h. H. Frutex.

A. *Stamina antheraeque libera.*

B. *Ovarium superum.*

1. *Flos apetalus ecalycatus.*

SEMEN INTEGUMENTIS VESTITUM.

CORISPERMUM. *Linnaei gen. n. 16. Gaertner.*

1. *p. 361. Tab. 75.*

Calyx nullus. Corolla nulla. Ovarium unicum compressum suborbiculatum. Stamina duo, plerumque tria. Styli duo. Semen unicum convexum suborbiculatum, integumento membranaceo vestitum.

hyssopifolium L., caule ramoso piloso: pilis stellatis: foliis lanceolato-linearibus acutis, floralibus margine albido pellucido: floribus axillaribus sessilibus, in spicis foliosis.

Obs.

Obs. Nec calyx nec corolla adsunt, nisi stamina lateralia antheris dejectis pro calycem habeas.

h. H. Annua.

S A M A R A.

FRAXINUS. *Gaertner.* 1. p. 222. *Tab.* 49.
Linnaei species.

Flores hermaphroditi et feminei in separatis truncis
Calyx nullus. Corolla nulla. Stamina duo. Stylus unicus.
Samara monosperma lanceolata.

excelsior L., foliis pinnatis cum impari: pinnis lanceolato-ovatis, serratis.

h. ad pagos, inque sylvis. Arbor.

BACCA VERA.

PIPER. *Linnaei Gen. n.* 59. *Gaertner.* 2. p. 67. *Tab.* 92.

Calyx et corolla nulla. Stamina nulla. Antherae duae laterales oppositae ad basin ovarii. Ovarium ovatum. Stigma tripartitum minimum. Bacca ovata monosperma.

pellucidum L., foliis cordatis petiolatis: caule herbaceo. Saururus minor procumbens botryitis: folio crasso cordato. *Plum. amer.* 54. *Icon Tab.* 72.

Caulis erectus ramosus glaberrimus, levissimus. Rami alterni. Folia alterna cordata acuta integerrima nitida. Spicae laterales erectae. Ovaria sessilia.

h. H. Annua.

CLASSIS SECUNDA.

PETALOSTEMON.

A. *Stamina antheraeque libera.*

B. *Ovarium superum.*

1. *Corolla monopetala.*

2. *Eparapetaloides.*

3. *Calyx monophyllus.*

SEMEN INCRUSTATUM.

VERBENA. *Tournef. Tab. 94. Gaertner.*

I. p. 315 *Tab. 66. Linnaei species.*

Calyx tubulosus, quinquedentatus, dento unico minimo truncato. Corolla infundibuliformis quinquefida, fauce villis clausa. Stamina quatuor, per paria inaequalia. Stylus unicus. Stigma bilamellatum. Semina quatuor oblonga, subangulata.

basata L., caule tetragono scabro angulis rotundatis: foliis lanceolatis inaequaliter serratis scabris acuminatis oppositis, in petiolum decurrentibus, basi profundius sectis: spicis filiformibus paniculatis.

Verbena americana altissima: spica multiplici: urticae foliis angustis: floribus caeruleis. *Hermann. Par. Bat. p. 242. cum icone.*

h. H. Perennis.

urticifolia L., caule subtetragono piloso scabro: foliis oppositis ovatis serratis, acutis, pilosis, in petiolum decurrentibus: spicis filiformibus paniculatis: corollis albis.

Verbena recta canadensis urticae foliis. *Morison. III. Sect. 11. Tab. 25. fig. 3.*

h. H. Perennis.

offici-